VIII/6

Nº 574. F. 109.

2. ~~Abs.~~ 20. Jahr.
den 19ten July 1837.
Christian Friedrich Paritius.

2636

Par. 2636

In Catalogo Bibliothecæ olim Jac. Pedigeri inter Libb. in Fol.

Cronicon Polonicum, Prutenicum, Silesiacum, Hussiticum, collectum per Benedictum de Posnania, Præpositum S. Spiritus Vratislaviæ auff Pegir geschrieben.

BIBL. UNIV. WRATISL.

Chronica Ducum Silesiæ

corrogata ex Libro quodam Monasterii Canonic. Regul. S. Mariæ in Glotz Pragensis Diœcesis per D. Benedictum de Posnania ad S. Spiritum apud Wratisl. Præpositum Anno Domini 1518.

Cronica Ducum Slesie

corrogata ex quodam Libro Can. Reg. S. Marie in Glotz Pragensis Diocesis per D. Benedictum de Posnania ad S. Spiritum opus Wratf. Prepositum Anno Domini 1518.

Anno Domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo secundo Tartari primo Ungariam destruxerunt et Regem Culmam occiderunt.

Eodem Anno Terra Sandomirrensis, Cracoviensis, Wratislaviensis vastatur depopulatur per eosdem. Et Dux Henricus filius Ste Hedwigis occiditur cum Exercitu suo circa Wolstat prope Lignitz, in quo Bello com,

Devastatio Slesie per Tartaros 1242.

computantur xxx. Milia Hominum fuisse. Sepelitur
autem apud Wratislaviam in Monasterio apud Sanctum
Jacobum apud Fratres minores. Hic Princeps eximius
Silesiæ Dominus Cracoviæ et majoris Poloniæ pro suo
grege mortuus quatuor reliquit filios (quos suscepit et
Domina Anna filia Regis Ottokari Bohemiæ, quæ sepulta
requiescit in Monasterio Sctæ Claræ, quod ipsa construxit et
fundavit;) videlicet: Boleslaum Calvum Lignicens.

Progenies Henrici.

Henricum Wratisl.

Conradum Glogovien. Duces,

Nec non Saltzburgens. Episcopum Wladislaum.

Ab his Diebus processerunt Duces Silesiæ de Proge,
nie Sctæ Hedwigis.

Anno Domini M cc xliv. obiit Bta Hedwigis Ducis,
sa Silesiæ iv. Idus Octobris, et in Monasterio
Trebni,

Trebniensi corporaliter et feliciter requiescit.

Ericus Rex Daciæ occiditur à Fratre.

Eodem igitur tempore dividuntur fratres predicti videlicet

Boleslaus accepit in possessionem Lignitz;

Henricus Wratislaviam;

Conradus Glogoviam.

Qualiter Diviso facta est Ducatus Silesiæ.

Cum enim duo juniores Fratrum essent quatuor liberi,
hoc est dispositum inter eos, quod duæ portiones ter,
narum factæ sunt, quarum una cessit in sortem Boleslai;
alia vero in sortem Henrici, eorum quoq; quilibet unum
de duobus seniori, ut consortem suæ portionis accepit,
ita videlicet, quod uno de consortibus decedente, ad Partitio Terrarum.
superstitem devolveretur portio tota, nec penitus quicquam
ad

ad illos, qui simul sortem haberent in alia portione,
qua signidem ordinatione ratificata Privilegiis et munita,
Boleslaus fratrem suum Conradum clericum Bamburgensem
in Subdiaconum jam promotum, qui tunc temporis in studio
Parisiensi degebat, in consortem accipiens portione sua terram
Wratisl. elegit, unde Mater Puerorum cum Dno Thoma
primo Episcopo Wrat. regens in Lignitz, alteri filio
videlicet Henrico Lignitz et Glogoriam assignavit;
Boleslaus vero voluntatem mutans et similiter ordinationis
Privilegia mutare desiderans, Lignitz et Glogoriam elegit,
sperans evadere se posse Conradum per Episcopatum, quem
eum crediderat accepturum. Et resignans ob hoc sponte
Wratis. Henrico et Wladislao fratribus consortibus al-
terius portionis; quibus auditis Conradus indignans
studium pariter et Episcopatum deseruit et a Boleslao

Glogor.

Glogoviensem Ducatum extorqueus, Sororem Primislai Ducis
Gnezneys. sui sorori sibi tradi in uxorem matrimonialiter
procurant nomine Galonicam, quam esse puto apud fratres Pre-
dicatores in Glogovia et ibidem requiesat, quam a nonnullis
audivi miraculis coruscare. Ipse Conradus sepultus est in
Ecclesia Sta Mariae Glogoviae, quam ipse fundavit; Henricus
vero, cum Wladislao Saltzburgens. Archiepiscopo in sua portione
temporibus vitae sua permansit; qua tunc scit scribitur in
Cronica, circa Henrici vitae terminum per vim quorundam militum
eundem Henricum intoxicari procurantium et adherentium Wla-
dislao fuit in duo divisa; cumq idem Henricus tertius
se conferret moriturum, filium suum Henricum quartum
fratri suo Wladislao in federe sua fratris et consortis com-
davit; Pariter quoq et filium, quem de filia Conradi
Ducis relicto Nestoris Ratiborienses fratrem suscepperat,
hicq vitam finivit et apud S. Claram est sepultus.

Nec

Nec post hoc longo tempore stetit, quin et Conradus
Dux Glogoviensis veneno interiret relictis filiis Con-
rado Stynaviensi; Henrico Glogoviensi, qui duxit Me-
tildem filiam Alberti Ducis Brawenszweigensis sepulta
in Glogovia in furno; Primislao Oppoliensi Ducibus
uxore sua prius defuncta, qui post illam aliam superduxe-
rat filiam Theodorici Marchionis orientalis relictam
quondam Conradi Nepotis Frederici Imperatoris Conradi filii,
cui Conradus Dux pro dote Crosnam, Greifenstein et
Pirstin castra deposuerat, quae siquidem castra Theodericus
Archiepiscopus Maydeburgensis Conrado Duci de Steynberg
vendidit, sed Henricus quartus postea pecunia redemit
eadem, postea vero Wladislao Archiepiscopo Saltzburgensi
defuncto à suis et intoxicato Silesiis et in Saltzburg
tumulato Henricus quartus filius Henrici tertii
Wratf.

Wratf. Ducis adhuc puer Matre sua defuncta et
in Trebnicz jam sepulta, Wratf. suscepit gubernacula
terrae optime jam locata; nec quenquam hoc lateat,
quod Pater ejus tertius Henricus post mortem Matris
istius quarti Henrici, aliam superduxerat filiam videlicet
Ducis Saxoniae, quae postea nupserat Lantburgravo Nor-
bergensi.

De Ducibus Glogoviensis Civitatis et eorum Genealogia.

Boleslaus autem Lignicensis invidens puero tum propter
portionem Wladislai Saltzburgensis Archiepiscopi nuper de-
functi, quae ad eum devoluta est, tum propter terram
per Patrem pueri bene locatam, ma cum filio suo
Henrico dolose de pueri captivitate tractavit et pro voto
machinationis suae quibusdam latronibus pueri propter
mortem

Fratres et Soluo Boleslai.

mortem tam Patris, quam Patrui ejus, quam procuraverant
topico ut praefertur à sibi servientibus circumventis per
latrunculos quosdam in Jeltcz dum dormiret in Lecto Puerum
capi fecit in nocte quinta feria post Dominicam Quadragesimae,
et ad Castrum Leden deductum diris vinculis manicipari,
et tandem Generali congregato pueri terram adhuc pertransiens
circa Scoltcz cum Wratislaviensibus, Glogoviensibus et Posna-
niensibus filium committere jussit bellum, quibus congressis
in campo in die Sti Gregorii, qui fuit in Sabbato et
utriusq partibus plurimi ceciderunt in bello, ipse cum
solo reversus effugit de campo comite Henrico filio
cum suis, inhilominus victoria campum tenentibus et ce-
teris, qui fugere poterant fuga dilapsis; Postea
vero cooperatione Regis Bohemiae pner eripitur non
tamen sine terra sua dispendio. Nam Strigoriam,

Novum

Novumforum, Crosnam, Greiffenberg, Pirzin, Gostindorff
tradidit Boleslao, Crosnam vero pueri milites Marchiom
Brandeburgensi pro quatuor milibus Marcarum obligaverat,
ne parti eorum adversarius esset; Puerum igitur pro sex
milibus Marcarum liberare postea oportebat. Tandem autem
praedictus Boleslaus calvus dictus Uxore prima defuncta
videlicet illa, quae de Anhalt, de qua quatuor filios suscep-
perat, quorum unus adhuc parvulus mortuus est et alii
superstites fuerunt Henricus Lignicensis pinguis sive vor- Henricus pingvis.
troso dictus, Bolko Swidnicensis et Furstenbergensis, Bolko Swidnicensis Dux Furstenberg.
et Bernardus, qui cognominabatur agilis, qui tanta agili- Bernardus agilis.
tatis fuit, ut XIIII. robora in una Stuba cum pertes
ascendit et resiliens in pedibus suis staret; Anam
filiam Samborii Ducis Pomeraniae superduxit uxorem,
quam habuit despectui propter pellicem turpissimam, quae

de

de misero statu erat, tandem pestando affugit.
Habuit insuper Boleslaus praefatus de prima uxore tres filias, quarum una Comiti de Wirtenberg tradidit; altera Conrado Duci Mazoviae, tertia vero Abbatissa in Trebricensi Monasterio est defuncta.

Violentus Princeps.

Ita Boleslaus totus violentus fuit, nec tamen sua violentia ultor parvus; Pellex autem ex qua Geraslaum nomine Spurium susceperat, et sine qua propter incantatores hos vivere non sperabat, post obitum ejus irreguisito primo Marito, à quo male se divorterat, in Polonia nupsit alteri

Mulier mala.

Viro adhuc primo vivente, de qua detestanda plurima narrabantur; nec mirum si talis fuit, quae pridem jam incantationibus, jam adulteriis et aliis peccatis plurimis se involverat more pessimarum mulierum, quae nonnunquam Dyabolo sunt pejores; nec sub taciturnitate hoc transeo,

cur

cur hic Princeps penes alios violentus esse voluit, scilicet proprius violentius magnus ultor, nisi quod res aliorum ambivit, propriarum vero tenax fuit.

Boleslaus calvus homo ridiculus.

Boleslaus calvus, sicut fide dignorum tenet relatio, mirabilis dicebatur. Fuit enim loquela mirabilis, ego tenuiscum proferens sic verba corrupit, ut pluribus audientibus ridiculum redderetur, et si quis ad ejus obsequium laboravit, cujus artis esset, pro-tinus inquisivit, et percepto, quod bonus Sagittarius esset,

Bonus Sagittarius quis?

Dux ipse consistens in campo, viso lacu, Sagittario dixit: Tende balistam et sagittam mitte ad aquam; quod cum factum esset, illum bonum Sagittarium reputavit, asserens: si tetigisti lacum sagitta, totum qui contra fuerit exercitum etiam bene tangeres.

Quadam vice Ducem Boleslaum suus dispensator accedens

Fabulum et fenum seu grana.

gravari si liceret sibi recipere pro pabulo porcorum frumentum de Silvio Pantzenaw inter Lignitz et Haynoviam consistenti, qui respondit: Cur fenum eis non daret?

Cum

Cumq; diceret Dispensator: Non comedere fænum porcos; ipse respondit: Mentiris, nam et granina comedere ipsos vidi; si comedunt granina, comedunt et fænum. Coram ipso est accusatus quidam propter flagitium, quod sibi fuit impositum; Advocatus provocatus, Dux statim accusatum decollari mandavit. Milites autem sic percipientes ejus innocentiam ipsum pauperem liberum procuraverunt. Post hæc Dux ad aureum Montem perveniens, vidit illum, quem credidit decollatum tynam cum alio quodam portantem, interrogavit igitur, si foret idem ipse, quem in Limitz decollari fecisset? Respondentibus suis, quod esset, et cum inquireret, quomodo mortuus nunc ibi tynam portaret, responderunt, eum à mortuis surrexisse, verum est nedum sibi et aliis in proverbium: Si quidquam foret decollandus sibi in nullo nocere, cum ipse qui decollatus in aureo monte posset tynam portare.

portans tynam in aureo monte.

Postea

Postea filius Bernardus agilis nuncupatus defunctus est cum sorore sua Isabella.

De malitia Boleslai dicti Ducis calvi.

Conradus Glogoviensis, qui Salomeam Sororem Przemislai Ducis Glehensis habuit uxorem, veneno interiit topicatus relinquens filios Henricum Ducem Glogoviens. Conradum Ducem Stynaviens. et Przemislaum Ducem Sprottaviensem, qui fuit in Genos occisus, et quantum possum colligere de diversis apparet mihi, quod dictus Dux Conradus Stynaviensis et Sagarum et Lubyn habuit post obitum Patris sui Conradi Glogoviensis predicti, qui obiit et sepultus in Ecclesia Collegiata Ste Mariæ Glogoviensi, quam ipse dicitur una cum Episcopo Wratislav. qui tunc fuerat, fundasse. Iste Conradus Dux Stynaviensis is filius gibbosus fuit et inde Koberlin nuncupatus, erat Præpositus Wratisl. postea electus in Archiepiscopum Saltzburgensem,

Conradus Koberlin Stynaviensis.

Saltzburgensem, qui cum transiens ad Saltzburgensem Ec-
clesiam acceptandam et conductus usq; Wyennam per suos
Nobiles et Prælatos venisset, secumq; duci fecisset cerevisiam et
requisivisset, si haberetur Cerevisia in Saltzburg, sibi responsum
estitit: non esse ibi cerevisiam, sed bonum vinum. Quo au-
dito asserens se non posse vivere sine cerevisia, propter cere-
visia carentiam Archiepiscopatu dimisso mox ad Patriam est
reversus. Frater ejus Henricus Dux Glogoviensis se intro-
miserat de Sagano, nec fratri petenti restituere voluit,
sed suscitata inter eos discordia eum cepit et Duci fecit
Glogoviam captivatum; Vasalli autem ejus de Lubin, quod
suum fuit et de Sawdin nocturno tempore quodam latenter
Castrum Glogovia subintrantes, de vinculis liberaverunt eum,
dem, qui post hoc in terra manens usq; ad mortem.
Tandem decessit Anno Domini M CCC. quarto, quinta
Idus

Commendatio Cerevisiæ à necessitate.

Henricus capit Conradum.

Idus Octobris et in Lubin Monasterio est sepultus.
Frater ejus Primislaus occisus est; quibus defunctis sine hæ-
redibus ad Henricum Ducem Glogoviensem Fratrem eorum totum
Dominium est devolutum. Hic Henricus scripsit se hæredem
Regni Poloniæ, fuitq; homo fortissimus et timoratus, atq; multa prælia
et guerras movens contra Polonos obtinuit Posnaniam atq; Kalis.
Uxorem habens Dominam Mechtildem filiam Alberti Ducis Brawyn-
czwigensis, qua decessit et in Ecclesia beata Virginis Glogovie
tradita est sepulturæ. Sed et Dux Henricus post varios ejus
Actus et Bella, quæ gessit, defunctus est, et in Monasterio
Lubensi sepultus. Hic reliquit quatuor filios: Henricum,
Conradum, Joannem et Przemislaum, qui postea terram divi-
dentes, Henricus Saganum cum aliis civitatibus et opidis
vicinis in partem sua sortis obtinuit; Conradus vero Oznam
cum suis adherentiis; Przemislaus Dux Glogoviensis adhuc
juvenis sicut audivi à Senioribus bene rexit portionem suam,
et

Primislaus occiditur.

Obitus omnibus Henricus

Henrici Proles 4.

et quamvis impugnaretur per Regem Bohemie super ejus subjectionem, nunquam tamen voluit consentire, sed dixit potius se velle terram exire solus in equo, quam subjectus esse alicujus Principis potestati.

Primislai generosi Dni, cujus animus.

Anno Domini M cc lx. Rex Ungarie pro terris Regem Bohemie aggreditur habens in exercitu suo diversarum orientalium Nationum et Paganorum circa cccc.ta milia Equitum, cui Rex Bohemie cum c. milibus Equitum, inter quos dicitur habuisse vj. milia Equorum et armorum de ferro operorum ad resistendum occurrit; cumq; in confinio Regnorum bellum inchoatum fuisset, ex collisione equorum et armorum tantus pulvis de terra surrexit, ut media die vix hominem cognoscere potuisset; tandem Ungari Rege eorum graviter vulnerato terga Bohemis versentes, cum cedentes festinarent effugere in quodam fluvio Morawa profundissimo, quem pertransire debuerant, preter alios occisos circa

Bellum ingens.

circa xiiij. milia hominum submersa sunt. Sic Rege Bohemie victoria habita Ungariam intrante Rex Ungarie pacem quaterus per Legatos terras sibi per discordiam usurpatas et que causa discordie fuerat restituit et in futuram amicitiam mediante matrimonio confirmavit.

Hoc tempore claruit B.tus Thomas de Aquino Doctor egregius et famosus in orbe, quamplurima scripsit, cujus doctrinam perlucidam totus Oriens et Occidens sine invidia judicando amplectitur et miratur et eum habere se gaudet et gloriatur; Ipsa namq; tanquam lux procedit et crescit usq; ad perfectum diem, donec Lucifer oriatur; ex illa ingram hauriant invidi et obtrectatores et æmuli in occulto, cujus librorum numerus magnus et multus fere usq; est notus. Hic veniendo ad generale Concilium Lugdunense vocatus obiit in itinere jam arrepto in quodam Monasterio Monachorum videlicet de fossa nova in Civitate Praenestina. Conflorvit et eo tempore Petrus de Tarentasio de Ordine Predicatorum Doctor generosus Abbreviator sancte Romane curie, postrigus

Thomas de Aquino.

pendiosus, scripsit super Sententias Postillas, Epistolas Pauli gratiosissimas compilavit; item Postillam super Lucam. Hic post summus Pontifex eligitur, Innocentius quintus vocitatur.

Anno Dni MCCLXX. facta est Concordia inter Ungaros et Bohemos et Pax reformata est et apposita pena XL. milia Marcarum Argenti contra violatores.

An. Dni MCCLXXI. ordinatus est Thomas secundus filius Coloris dicti Tome primi XVI. Wratisl. Episcopus; et sciendum, quod Ecclesia Wratis. vacavit aliquibus intermeris Annis post obitum Tome primi, pro eo, quod Dux Wladislaus factus Archiepiscopus Saltzburgensis a Dno Papa impetravit in subsidium sibi Episcopatum Wratis. ut posset fructus ejus percipere annis medis, ut præfertur. Hic Dno Wladislaus Saltzburgensis Archiepiscopus dum quondam stetisset in Studio Padnano, quidam Domo dives, sed pauper factus, pulcerrimam habens filiam coactus inopia misit eam ad Wladislaum deflorandam, cui compatiens nec cum ea voluit habere commercium; sed potius data sibi pecunia propter Deum maritavit eandem, propter hac virtutes et pietatem et castitatem ejus fama celebrior coram omnibus habebatur. Hic siquidem Thomas secundus plurimas persecutiones sustinuit a Principibus et præsertim a Duce Henrico, qui cognominabatur probus et pius, qui fuit Dominus Wratislaviensis.

Exemplum castitatis in Wladislao.

Henricus probus.

De Persecutione ejus, qua fuit expulsus de Episcopatu.

(Henrici Probi facta contra Eum.)

Henricus igitur Dux Wratisl. abstulit Tomæ Episcopo Nissam et Otmochaw cum omnibus viginti Episcopatus ipsius opidis, possessionibus, Decimis atq; Villis et Castris, Cepit insuper Castrum Edelstein Episcopo et Ecclesiæ pignori obligatum; et hic fide dignorum antiquorum confirmat Relatio. Tandem ad tantam confisus de sua potestate pervenit tyrannidem, ut prædictum Episcopum de toto Patrimonio Cti Johannis privavit, qui

qui fugerat in Ratibor, atq; ad eundem locum cum
grandi procedens exercitu Episcopum fugientem obsedit; cer,
nens vero Episcopus, quod ejus potentiam non posset tollerare,
volens potius in ejus manus incidere, quam fugitivus haberi,
aliquamdiu secum et cum Canonicis suis, qui cum eo tunc fue,
rant, deliberans, quadam die confisus de Dei auxilio indutus
Pontificalibus civitatem egressus cum suis Canonicis ad Prin,
cipis stationem volens sponte se tradere ejus potestati; quod
audiens Dux suis ministris conferentibus plurimum admiratus
exiluit subito de suo tentorio, et ut reor gratia spiritus
sancti tactus animo mitior occurrens Episcopo prorus in
terram corruit atq; dixit: Pater peccavi in cœlum et
coram te, nec sum dignus vocari filius tuus. Idem Epi,
scopus blande suscipiens non sine lacrymis utrumq; se mutuo
amplexati et ruentes in pacis osculo simul è soli, quæ

prope

prope fuerat et est Ecclesiam sunt ingressi Nicolai.
Sic amicabiliter concordati sunt ut dixi, nedum possessiones
et Castra, nec non et alia ablata Ecclesiæ restituerat, sed et
ea perpetue libertavit; nec in hoc contentus, quin et in maio,
rem Ecclesiæ emendam pro satisfactione omnium delictorum Colle,
gium Sta Crucis Wratislaviæ fundaret solemniter et dotaret. Fundatio Collegii Sta Crucis.
Et sicut plerisq; referentibus Didici Wratislaviensem Civitatem
dedisset Episcopo etsi recipere voluisset, eo, quod timeret eam
cum suo districtu et dominio defendere se non posse.
Anno secundo primo Rudolphi Regis scilicet M cc lxxiij. Captivitas Henrici probi vel pij.
captus est Henricus probus alias suis dictus Dux Wratis.
ad suer per Boleslaum calvum Lignicens. Ducem et ductus
in Castrum Leda duris vinculis mancipatus est, cui pro re,
demptione sua dedit Strigoniam, Novisorum, Scozam, Greif,
fenberg, Pirdni, et Gestmdorff.

Anno

Anno nono Rudolphi obiit miles Dux Boleslaus calvus Lignicens. filius filii sancte Hedwigis, sepultus apud fratres Predicatores in Conventu ibidem cum uxore sua Adelheide de Anhalt, filio suo Bernhardo et Katherina ejus filia, quem Conventum supra dictus Boleslaus fundavit; cui successit filius suus Henricus Dux Lignicensis et Iaures. Iste Henricus Dux Lignicensis Kalisiensis Ducis filiam duxit in uxorem. Fuit ipse Henricus Iuvo magne stature, corpulentus, adeo, quod dux ventrosus communiter diceretur; sic amator pacis extitit, honestus veraqq; pariter in sermone commendabilis multum ab hominibus omnibus. Iste Henricus post mortem Henrici probi Ducis Wratisl. factus est Dux . . .

Boleslai Calvi Acta.

Eodem Anno Primislaus Dux Sprotaviensis, cum de Cracovia reverti deberet cum Exercitu Ducis Henrici quarti probi Wratis. Polonis impetum facientes in eum, quem cepe„ runt et spoliatum adhuc juvenculum hostes crudeliter peri„

perimerunt prope Bewthen, et quasi presens hujus eventum se prius fecerat Sacramentis Ecclesiasticis procurari ac hunc ordinans Testamentum duas villas Lehnitz ac Firstaw donavit Lubensi Monasterio, ubi et sepulturam elegit.

De infinitis calamitatibus et miseriis Bohemorum ex Cronica eorum.

Verum licet dicit Valerius Maximus ira Dei lento gradu deserit tarditatem judicii severitate compensat. Tanta enim severitas scilicet divini Judicii excaudit in Populo Bohemorum, quanta nec Historia, nec litera docet et tempore Macabeorum et tempore Paganorum. Nam tunc fideles pro justitia torquebantur ab inimicis; nam frater in fratrem, pater in filium, proximus exilit in amicum, si istas in compendio maledictionis denoustremus. Totum namq; Regnum Bohemie post necem Ottokari, qua mortuus est in bello circa Brunam à Rege Romanorum Rudolpho fissum est in tres partes.

Bohemorum Calamitas.

Nam

Nam Brandeburgensis Marchio tenet castrum exclusis Le-
ricis et partem Regni; Aliam partem concessit Regina et
filia; aliam detinet Dux Colonia Kalesio; Præter alias par-
ticulares fossiones in Moravia, et pemtus, qui potest capere
capiat. Secundo Teutonici nuncium more intrantes Bohemiam
Ecclesias prædantur; Irrumpit per capucia Monachos et
ejiciunt de Claustris; Clericos torquent; Moniales vitupe-
rant; Sanctuaria profanant; Ecclesias violant; omnia
rapiunt; torquent simplices; cruciant innocentes; incendia
sine cessatione per villas committunt; animalia rapiunt;
nihil omnino potest ab aliquo custodiri; Et quod intol-
erabilius est, cum omnia penitus sint deserta, torquen-
tur pauperes non solum à calamitatibus, verum etiam,
qui non aliquid habent in tormentis prodere compelluntur,
deseruntur domus sine habitatore, quia per nemora cur-
rendo se abscondunt; foris quoq; timor et pavor et

Belli Mos.

mors

et mors, et calamitas, et fames, et infirmitas opprimunt innocentes; verum quia totus quasi Orbis terrarum divisus est contra Bohemiam comoveri. Nam eodem anno in vigilia Joannis Baptistæ tanta fuit tempestas post meridiem, ut murmera ædificia corruerent; etiam tempestas partem Muri Castri circa Ecclesiam S.ti Georgii funditus evulsit et ducit in rivulum Brusnicam; De ventorum tempestate non est habendum. Nam in die Barbaræ Virginis tres utiliores Turres ventus uno impetu dejecit, scilicet Turrim, qui est ad majorem partem Castri Pragensis primum ædificium; secundum qui vocabatur antiquitus turris Episcopalis; tertia in fronte Castri. Nam de aliis murmeris scribere non possumus pro multitudine varietatum. Caristia tanta fuit, quod nullus meminit, ita quod ipsi duo ova gallinarum pro L. denariis vendebantur, cum prius pro uno L. vendebantur;

Præcata Tempestatum.

Summa Caritas annonæ ovorum

Et

et de aliis similiter est aestimandum; etiam ad majorem cala-
mitatem Clericis Ecclesiae Pragensis exceptis paucis est officium
penitus interdictum et sancta consultata per Teutonicos et in
solitudinem sunt redacta.

Qualiter Deus misertus est eis et de incidentibus
illius.

Anno xiiij. Regni Romanorum Rudolphi scilicet A. Dni
MCC LXXXIIII. punita superbia Bohemorum misertus est Do-
minus populo suo et placatum se ostendit speciali Signo.
Nam in die St. Stephani Protomartyris nova lux apparuit
populo Bohemorum. Iris visus est circumdare civitatem
Pragensem, bonum omen designans; etiam in cornu Lunae
visa est stella micans, qua Ducatus reditum figurabat.
Eodem Anno Marchio Brandeburgensis se concordavit cum
Bohemis recepta pecunia, quam petebat; committit Episcopo

Signe Pacis.

Tobiae

Tobiae et duobus Judicibus Regimen Regni et musicae Ben-
tonicorum sub poena capitali exire compellit, remittit Ducatum,
quem apud se retinuit, quem accipientes in solio Patris sui collocant
et ipse reversus est Saxoniam.

Anno Rudolphi xv. electus in Papam Honorius quartus natione
Romanus, de domo Sabellorum. Hic electus fuit Perusii pridie Men-
sis Aprilis et tertia die Mensis Maji, licet impotens ad id crede-
retur et penitus inhabilis diceretur ad Sacerdotem famose tamen
per Dominum Latinum Ostiensem Cardinalem promotus et in Altari
Sancti Petri per Goffridum coronatus est.

Anno xvi. Rudolphi obiit Dux Lesco Cracoviae. Dux Lesco.

Eodem A. Guydo de monte secreto apud Vanum Joannem de
Alia Comitem de Romandiola virum probissimum posuit in conflictu,
et apud Bilenam à Florentinis acriter prostrati sunt.

Paulo post Stephanus de Zenczano Comes Romandiolae pro Eccle-
sia iussus ab Ostasio de Polenta Ravennae proditionaliter captus est.

Nota Henrici prob.

A. xvii. Rudolphi Regis obiit illustris Dux Henricus probus
vel pius,

vel pius Wratisl. qui decessit sine liberis proh dolor venenoso poculo interemptus, sepultus in Ecclesia Ste Crucis Wratislavie, quam ipse fundavit.

Anno Dni xviij. Rudolphi Acharon magna Civitas in Syria, quam multo tempore possiderunt Cristiani, destructa est à Saracenis, que eis in nocumentum magnum et dampnum fuit.

De Henrico quinto Duce Wratislaviensi et Conrado Glogoviensi.

Defuncto igitur probo Duce ut premittitur, fit altercatio magna, dum aliqui volunt habere Ducem Conradum Glogoviensem, eo quod aliqualiter Henricus quartus prefatus, sed non plene, sic disponerat ante mortem; alijqui vero noluerunt eum, scientes ipsum non esse pacis zelatorem et ut dicebatur, non fuit firmus in verbis; nihilominus remansit idem Dux Conradus in Wratislavia, donec Henricus Lignicensis Dux est ingressus, quo intrante per unam Portam, per aliam Dux Conradus egressus; quo audito mox Nobiles atq; Cives in Wratislavia uno consilio dictum Ducem Henricum Lignicensem unanimiter elegerunt et solemniter susceperunt. Sic Henricus quintus Dux Wratisl. et Dominus pacifice et quiete adeptus est totam Terram et Districtum Wratisl. regens hujusmodi Dominium multum bonesse, fovensq; justitiam in omnibus et honorem; quod Dux Bolko Swydnicensis frater ejus audiens atq; videns ejus salutem occultam conspirationem fecisse dicitur cum Conrado Duce Glogoviensi predicto, ambo excogitatis fraudibus disponentes, quomodo eum caperent et fortasse occiderent aut partem Terre Wratisl. quam bonam fiebant, aliquam extorquerent. Hoc ipsum ignorans Henricus confisus de Fratre Bolkone predicto misit ad eum, ut fraterna caritatis non immor contra Conradum Glogoviensem Ducem eum juvaret, quod Bolko Dux facere totis viribus promisit, sic tamen, quod aliquas terras et munitiones

aliqui

Henricus V. igitur tota Terra potitur, justitiam administrat omnibus.

Conspiratio Conradi et Bolkonis contra Henricum.

Astutia Bolkonis contra Henricum.

Munitiones sibi tribueret vice versa, quod fecit Henricus. Nam dedit sibi Juvet et Strigoniam, quæ ad Ducatum Ligni censem Jacterus pertinebant. Juravit igitur Bolko fratri præstare auxilium, sed juramentum non tenuit. Nam cum Dux Conradus Ducem Henricum non per vim exercitus, sed per prædones, raptores, incendiarios nocturnos invaderet, male hoc ferens misit ad fratrem, ut eum juvaret, Bolko hoc facere recusavit, propter quod alius conveniendi terminus est constitutus, in quo tanquam pius homo et pacificus Henricus addidit Fratri suo Bolkoni prædicto Reichenbach, Frankenstein, ut auxilium sibi ministraret, qui juravit iterum eum juvare re et corpore atq; tota potentia, quam haberet.

De Justitia ejus, quam fecit et morte Pactuslai.

Sciendum autem aliquot annos antequam Dux Henricus prædictus Terram Wratisl. fuisset adeptus ut præmittitur, quendam

Dam

quendam fuisse Nobilem ipsius Henrici Vasallum, qui Pactuslaus et nomine vocabatur, et intimo consilio Ducis, quem et ipse Dux pre cæteris multum dilexit. Hic quippe quendam alium Nobilem, qui multos amicos habuit, occidit et capi. Accedentibus igitur amicis occisi ad Principem fuit conquesti cum lacrimis et clamore contra occisorem justitiam postulantes; quo audito Princeps multum territus et turbatus, justitiam facere polliceitur. Cumq; hæc de homicidio tractaretur hujusmodi, accessit Pactuslaus cum amicis suis pluribus arroganter, de quo Dux ipse doluit, inquiens mihi animo: Non audis, quid adversum te isti homines conquerunturⁿ? Ille autem de divitiis et amicis confisus, præsumenq; de Ducis gratia amplose: Bene audis noloq; negare, quod feci. Dux autem dixit: Vade inter loquaris cum amicis tuis et aliter respondeas. Nisi enim aliter respondeas, facere justitiam quam oportet sum paratus. Receptis itaq; amicis ad partem cum eis consultatus est quid responderet adversarius pro facienda justitia clamantibus ex adverso. Tunc iterum venit

Pactuslaus Vasallus Henrici, sui Frater Mann.

Pactuslai proterva in homicidio commisso

Pactuslaus

C.

Pactuflans, et majori, quam prius arrogantia respondebat: Se fecisse homicidium publice confitendo. Dux igitur magis tur-
batus dixit: Vade, stulte respondes, habeas adhuc tertio bonam
interlocutoriam et melius deliberes, alioquin justitiam conqueren-
tibus de te super tanto scelere facere non obmittam; Sagaciter
ergo tibi provideas sapientiusq; respondeas, quod si negleceris fa-
ciam quod oportet. Propter quod habito consilio cum amicis, non
negando, sed confitendo crimen fecit prius, arrogantes respondit
non metuens Ducis sententiam; quam tamen finaliter est expertus
Pronunciat eum Dux et dixit in hunc modum Sententiam:
Ex quo hoc crimen fecisse fateris pro tanta liberatione justi-
tiam facere me oportet. Mandavit igitur eum duci de gradu,
et in Castri medio coram omnibus decollari. Hic Pactuflans
reliquit filium XVIII. vel XX. annorum qui Lewtko
Pactuflu vocabatur, qui vidit et audivit omnia circa
ordinem

ordinem Patris commisso, flens et dolens pro Patre, qui
et in obsequio Ducis existebat.

De captivitate ejusdem Henrici per Leutkonem
Proditorem.

Considerantes autem hoc Consiliarii Ducis dissuadebant Juvenem
in obsequio Ducis servari, timentes ne juvenis Patris necem
gravioris factam per justitiam vindicaret; in presentia igitur Con-
siliariorum et notorum aliorum, qui aderant, recepto ad partem
juvem dixit Princeps: Tu scis et audisti et vidisti, quomodo
Pater tuus vitam suam perdidit sponte propter magnam ejus
arrogantiam, quodq; facere ideo justitiam me oportebat. Nunc
cuge tibi, quod aut Patris mortem patienter sic transeas, sic
et quod nec aliquid rancoris in corde contineas, aut recedas à
nobis octo septimanarum habeas induciis, ut cum amicis deli-
beres, ut postea tuam aperies voluntatem. Transactis itaq;
his

Henrici nimia in Leutkonem facilitas.

his octo septimanarum temporibus, reversus Juvenis cum amicis
coram Duce flexis genibus lacrymando dixit: Video Domine gra-
tiosissime atq; scio, quod Pater meus vitam suam perdidit, sponte,
promitto ex nunc data fide, quod nunquam loquar nec verbo nec
facto habebo recordationem Patris mei, solumodo sit mihi Dominus
gratiosus, et ego vobis serviam pura fide; propter quod Dux ad
ipsum lacrymando ait: Nunc ero Pater tuus et benefaciam tibi;
ut omnes amici tui habeant mihi merito referre gratiarum actiones.
Suscipiens igitur eum in specialem Ministrum ad simum ejus consili-
um evocavit, dans sibi plurima et ceteris eum preferens quibusq;
et pluribus annis fuit in obsequio Ducis tanquam ille, de quo
amplius presumebat. Dubus sic se habentibus, dum Dux Henricus
fuit Ducatum Wratislaviensem assecutus, et Conradus Dux Glogovi-
ensis ejus hostis frequenter sibi poneret insidias, tandem ad
Leutkonem Pactusiai predictum secrete Nuncios suos misit, qui
numeribus forsitan et promissis illectus secrete ad Ducem Con-

Conradi dolus.

radum

radum pervenit experiri desiderans, quid sibi vellet loqui,
cui Conradus Dux dixit: Non recordaris, quomodo Pater tuus
occisus est a Duce Henrico, si velis mihi eum tradere, tibi munera
dabo plurima et tibi benefaciam; et quod sic suggestionibus conci-
pivit, tandem obtinuit. Promisit idem Leutko Dominum suum De-
cum Henricum predictum capere ac Duci Conrado Glogovienſi illico
presentare. Tradam igitur die, dum Dux Henricus iret ad Balneum,
premissis insidis Leutko gentes promptas habuit et paratas, et
intrans per Oderam, qua parva fuit, molitur capere Ducem suum;
quem cum vidissent Ministri Ducis cum armato exercitu adveni-
entem, nunciant Duci hoc ipsum, qui respondit: Nullum se habere
timorem de Leutkonis insidis, cum familiaris et consiliarius
potissimus ejus esset. Sed maledictus Traditor impetum in Ducem
faciens prope Castrum Wratislaviensem in Balneo cepit eundem
cum suis complicibus, qui traxerunt eum de Balneo, ubi nulla
defensio erat, cum omnes Ducis familiares existerent nudi,

Leutkonis perfidia in Ducem Henricum.

Henricus V. capitur in Balneo.

et

et quibus unus nihilominus cecidit super Ducem cupiens
eum defendere, qui se ponens obicem fuit occisus in eo, capientes
igitur super equum posuerunt celeriter dictum Ducem, et malum
sibi imponentes pallium die illo et nocte in locum Sandwel abduxe-
runt, ipsum presentant Duci Conrado, quem ipse recipiens perduxit ad
Glogovian et duris vinculis mancipavit volens ipsum depactare cistam
fieri fecit cum cancello ferreo, per quod respirare posset et victualia
humere, aliud vero similiter mundum bene foramen reliquit, por
quod emittere posset egestum tenens eum sic in vinculis.

Indigna Henrici Captivitas.

Qua expertus sit in vinculis et qualiter pro redemptione
sua dedit octo civitates, et qualiter Bolko factus est
Tutor Puerorum.

Henricus autem sic tentus in vinculis quasi per vj. Menses
gravissime, ut de ejus genoribus et capitis multitudo vermium
scaturiret, presertim cum nec stare nec sedere posset sed neq; ja-
cere penitus sic in arcto, qui et tantis passionibus est vexatus,
ut

ut pre doloribus ab eo extorqerentur hac opida cum suis di-
strictibus videlicet: Namslavia, Bernstadt, Crewtesburgk, Pitezin,
Cintzenstadt, Rosenbergk, Hagrovia et Boleslavia per gremios suos
distincta prope Lignitz in Ponte nigra aqua; nihilominus oportebat
tum tradere triginta milia Marcarum, si a captivitate hujus voluit
liberari, qui et liberatus ut sic semper fuit agrotus nec plene sani-
tati restitutus extitit, quoad vixit. Nam non plene ad statum vivens
videns se mortem evadere non posse misit pro Bulsone Duce fratre
suo dicens: Carissime frater, multas mihi tribulationes fecisti, nihilomin
omnia tibi parco, dumodo te de pueris meis tutorio nomine in-
tronittas et agas fideliter, ut teneris; cui respondens Dux Bulsko
se libenter hoc velle facere, si tantum Castrum Gobta hereditarie
possit habere. Gratus igitur Dux Henricus dixit: Quamvis multa
mala mihi feceris, tamen adhuc me generosus [illegible] depactare conaris.
Quod audiens Bulsko sine fine recessit. Hoc cognito Milites
Vasalli et Cives ad Ducem Henricum dixerunt: Domine, timemus
in

30. Milia Marcarum et octo Civitates extorqueantur ab Henrico V.

Fratrum gratia rara.

in vobis mortis periculum; et si Pueri vestri fratrem vestrum
non habebunt Tutorem, quis eis auxilium vel consilium ministrabit?
Melius enim videtur modicum perdere nunc, quam postea multum, cum
non habuerint fratrem vestrum tutorem et defensorem contra inimicitias
quas habebunt; Fecit igitur revocare Fratrem Dux Henricus dicens:
Ego committo tibi pueros meos super animam tuam, ecce Barones,
Milites, Vasalli et Cives, ecce Sigillum meum; omnia tibi presento
conscientiæ tuæ relinquens. Duo facto Dux Bulsko se intromisit
de Puerorum tutela.

Testamentum Henrici.

Anno Dni ut supra prænotato M cc xcv. obiit inclytus Dux
Henricus Quintus Wratislaviæ, sepultus ibidem in Monasterio Ste
Clara, qui reliquit filios Boleslaum, Henricum et Wladislaum, qui
habuerunt Tutorem Ducem Bulsonem Swydicensem.

Ao Dni M cc xcvi. Mortuo Joanne primo Rege Bohemorum
Wenceslaus primus ei succedit, et regnat; qui coronatur à Mo,
guntino Archiepiscopo.

De

De Filiis Henrici quinti, et de Bulsone Duce Swydicensi, et de potentia ac bellis ejus.

Bulsonis acta egregia.

Defunctus igitur Henricus quintus Dux Wratisl. tres pueros
masculini generis seu sexus reliquit, videlicet Boleslaum, Henricum
et Wladislaum, quorum Tutor, ut superius designatur extitit Frater
Dux Bulsko præfatus, qui movit guerras Conrado Duci Glogoviensi propter
depactionem fratris sui Henrici prædicti, per quas guerras aliquanto
tempore perdurantes recuperavit Haynovian et Boleslaviam, Boleslaviam
quippe pro proprius pueris retinuit adjungens eam eorum Dominio, et
pueris Henrici Haynovian restituit; et in Districtu Boleslaviensi
Castrum Clitzdorff, in territorio vero Haynoviensi Castrum Cotzenaw
ædificavit, gubernans strenue tam propria, quam Ducis Henrici pue,
rorum, qui fuerunt adhuc parvuli. Hinc muravit civitatem Bregensem
castro pariter et muro munivit, civitatem Grotkaw murare cepit,
congregans magnam pecuniam de terris tam puerorum, quam suis,
quarum partem in Castro Bolkenheyn muro munito reposuit, aliam

Bulsko contra fratrem Conradum.

Ædificatio Zotten

Bregk

Grotkau

vero

vero partem in Castro Cignitz pro pueris reservavit. Hic Princeps tanta dicitur fuisse potentia, quod tam Imperatori quam Regi Bohemiae intrare volentibus terram suam et eum facere subjugalem respondit, quod eos vellet in terra limitibus expectare, propter quod et se recepit in Landshut, ubi cum exercitu suo eorum proslabatur adventum.

Landshut unde nomineture.

Hoc videntes adversarii sui non sunt ausi suo Domino appropinquare, quin potius facta fuerit concordia inter eos; et ideo nomen loci vocatum est Landshut, in quo construxit civitatem eam muro circumdans.

Fertur et de eodem Principe, quod primus fuit, qui exactiones terrarum instituit, prout dari sunt solitae. Conscripsit insuper dextrahia et alia servitia Vasallorum statuens ista fieri, prout bona cujus libet poterant hoc praestare.

Prima origo exactionum seu Bulione.

Narratur etiam, quod dum sibi tanquam puerorum Tutori Wratislaviensis Civitas vellet rebellare, grandem congregavit exercitum contra eos; quo cognito multis tractatibus prelatis, concordaverunt, tandem cum eo, quod murum civitatis in longitudine quatuor virgarum

Wratislaviensium Rebellio punitur muri destructione.

eos

eos deponere oportebat, post quod intrans civitatem, quam prius intrare noluit, cum gloria suscepitus est pariter et timore. Faciebat enim pacem, in qua conservanda fuit severus et serionus, propter quod sicut cuncta sibi prospere successerunt. Nec mirum, si Deus, qui pacis est auctor quemquam amatorem pacis faciat prosperari; et cum in ma-
ribus Principum plurimorum Dominium consistat, ut ipse Deus colatur amplius pacis tempore consuevit benefacere sui principibus et in augmento temporalium, qui pacem zelant ad cultum Dei amplius augmentandi. Nec credat quisquam Princeps se ditari posse discordiarum commotionibus, quoniam quicquid sit de bonis pauperum usurpat indebite, non in eo fructificat, qui etsi habundet vita sua temporibus, non tamen con-
quisita indebite ad posteros deriventur; Sed frequentius contingit, quod tanto infelicius post talium Parentum mortem solent digerere filii, quanto crudelius progenitores eorum in capienda Pauperum substantia sevierunt.

Exactiones pauperum non prosperant.

Anno Dni M ccc. primo Imperii Alberti tertii obiit Joannes

Dom Sa

Jonsha Episcopus Wratislaviensis, et ordinatus est Henricus de Wirbna.

Eodem Anno obiit militus Dux Swidnicensis Bolko antiquus, qui fuit filius Boleslai cabri Lignicensis, sepultus in Monasterio Grisow, Cistertiensis Ordinis, quod ex devotione fundavit.

De Filiis Bulconis Ducis Swidnitzensis.

Mortuo igitur, ut dictum est Duce Bulcone Swidnic. tres reliquit filios videlicet Bernardum, Henricum, Bulconem, qui diviserunt Terram; Bernardus enim habuit Ducatum Swidnicensem cum suis pertinentiis; Henricus vero Jawer, Bolco autem Monsterberghk.

Genealogia Bolconis et Bernardi filii hui.

Bernardus autem genuit Bulconem et Henricum fratrem ejus, qui fuit Pater Donnae Annae Imperatricis quondam et Reginae Bohemiae; Henricus autem praedictus frater Bernardi et Bolconis, qui in forte divisionis Ducatum Jawer habuit uxorem Donnam Agnetem filiam Wenzeslai Regis Bohemiae, quamq; generaverat ex quadam uxore sua Elizabeth filia Ducis Halicziensis. Iste Henricus decessit sine

haeredibus

haeredibus, et Terra Jawer post mortem ejus revoluta fuit ad Bolconem ultimum Swidnicens. filium fratris sui Bernardi post mortem Henrici fratris sui Bolconis ultimi et Patris Donnae Annae Imperatricis praedictae. Hic Bolko Dux ultimus Swidnicensis post non, nullas concertationes et guerrarum motus, qui facti sunt temporibus Domini Joannis Regis Bohemiae, qui caecus cum factus civitatem Swidni, consem vallaverat, et fecit aedificari portam civitatis tetigerat et recessit, qui et Dng Rex Candidatum ceperat, sed Bolko praedictus Dux Swidnicensis ultimus per currus, in quibus posuerat latenter armatos civitatem recuperavit eandem cum Serenissimo Principe Karolo Romanorum Imperatore. Idem Dux Bolko hanc inivit concordiam, videlicet quod Donnam Annam praedictam Ducis Jawiensis filiam fratris sui sibi tradidit in uxorem, et cum hoc Regno et Corona Bohemiae post mortem suam, si sine prole masculini sexus contingeret eum decedere terram suam donavit habendam perpetue, sic tamen, quod ejus Conjux Donna Agnes, qua Bodie vivit, et quam de Domo Austriae Ducum in uxorem duxerat

Swidnicum obsidetur a Rege Johanne Bohemiae.

Schwidnitz kommt unter die Crown von Böhmen.

duxerat videlicet filiam Lupoldi Ducis Austriæ debeat totum Dominium tenere ad tempora vitæ suæ, si eundem Ducem præmori contingeret, qui Dux ultimus Bolco defunctus est sine haeredibus Anno Dni Millesimo trecentesimo sexagesimo octavo et in Monasterio Grisewiensi est traditus sepulturæ.

De Duce Boleslao et ejus prælijs ac prodigalitate.

Post mortem vero Ducis Bolconis ut dictum est Swidnicensis, qui tutor puerorum erat Henrici Wratisl. quinti, ut superius est expressum pueris ipsis adhuc juvenibus et pupillis tutorem non habentibus, Barones et Vasalli, Milites, Cives et Majores Terræ simul congregati Dominum Henricum de Wirbna tunc Episcopum Wratisl. Tutorem Puerorum concorditer elegerunt, qui Dominus Episcopus sumptuosus fuit, propter quod Thesaurum relictum et repositum per Ducem Bolconem præfatum in Lignitz, qui se ad 4. milia Marcarum in auro et argento dicitur extendisse, successive cepit expendere; quod videntes tertigenæ habito consilio decernunt Boleslao tanquam Seniori de uxore atq; amicis, qui posset pueros defendere, providere procaci fuit Dominam Margaretham filiam Domini Wenceslai Regis Bohemiæ, quæ cum esset sibi matrimonialiter copulata, idem Rex Bohemiæ Boleslaum Annorum XV. existentem vel citra recepit ad se, alijs duobus fratribus Henrico pariter et Wladislao in Terra remanentibus. Cumq; Boleslaus citra quatuor annos fuisset apud socerum demoratus, interim reconditus thesaurus expeditus et Rex Bohemiæ supra dictus viam carnis ingreditur universæ. Revertitur insuper de Bohemia Poloniam Boleslaus ducens secum uxorem Margaretham præfatam, quæ Domina fuit deifica et conversatione multum honesta. Crevit autem Boleslaus ejus Maritus ad XXIV. annos pervenens quæsivit extolli, cogitans qualiter se posset vindicare de captivitate et morte Patris in filios Conradi Ducis Glogoviensis, qui mortuus jam fuit, cepit eis guerras movere et post multas discordias prælia nec non effusionem sanguinis hominum plurimorum; Tandem gentes Boleslai vicerunt adversarios in quodam prælio debellantes eos, aliquos etiam ut ad civitatem Wratisl. fugerent, et nonnulli

Henricus de Wirbna male officium Tutoris egit.

Boleslaus indignum Patris captivitatem ulciscitur.

in cellariis capti sunt vini; propter quod plus est exaltatum
cor Boleslai, cepitq; villas et predia militibus erogare fovere curias
et choreas ac multa prodigaliter dispendere. Hoc quanto plus fuit
prodigus ad donandum, tanto plus militum et nobilium amplior erat con-
ventus ad eum; quod cernentes fratres Henricus pariter ac Wladislaus,
qui citra adolescentiam jam creverant, nolentes hoc amplius sustinere,
ad divisionem terrarum recurrere aspirabant.

Sequitur de divisione filiorum Henrici.

Factis divisionis partibus prima pars erat Wratislavie, secunda
Lignitz, tertia vero Brega, ordinatumq; fuit, quod cuicunq; Wratisla-
viensis Ducatus veniret in sortem alteri deberet addere XVIII. milia
Marcarum illi videlicet, qui obtineret Bregam; illi autem cui cederat
Lignitz addere et deberet Bregensi Duci XXXII. milia Marcarum;
Boleslaus vero aspirans ad habendas pecunias Bregam sponte recepit
et Duci Henrico in sortem divisionis cessit Wratislavia; Dux vero
Wladislaus Terram Lignicensem obtinuit; unde Dux Henricus fratrem

suum

suum Boleslaum exsolvit apud militares et cives de pecunia, quam
solvere sua debuit portione, civitatem Lignicensem obligavit eidem, et
factum est, quod idem Boleslaus et Wladislaus aliquanto tempore simul
manserent; sed successivis temporibus paenitentia ductus Wladislaus, quod
obligaverat fratri terram Lignicensem, cepit praedari terram eandem pariter
et Bregensem, nec non rapinis et incendiis devastare, per hoc volens recu-
perare terram praedictam; sed Boleslaus praedictus se ex adverso posuit
defensorem. Haec itaq; guerra tanto tempore duraverunt, quoniamq; Wla-
dislaus captus et ductus in Lignitz in turri fuit in vinculis man-
cipatus manibus et pedibus ad trium dimidii spatium. Demum autem
simul concordati sunt fratres ipsi taliter, quod Boleslaus pro expensis
et necessitatibus suis deberet quingentas Marcas annis singulis
Wladislao solvere, hegq; sunt à vinculis absolutus. Postea vero iterum
est paenitentia ductus et plus cupiebat habere culpans atq; monens
fratrem sibi promissionibus, quas sibi fecisse asserit; sed ille negavit,
propter quod jusjurandum fecit Boleslaus fratri tribus vicibus
ejus culpationis necessitate coactus. Ex hoc, fuit creditus

Wladislaus captus et juste vinculis mancipatus.

Wladislaus

D.

Wladislaus in eadem Septimana in frenesim raptus est et aliqualiter deliravit, adjungens se cuidam militi, qui tunc temporis habuit castrum Hornsperg situm in montibus ex alia parte Sweidnij. De quo castro in terra iterum assumptis sibi quibusdam praedonibus rapiens et dampna commisit.

Wladislaus frenesi agitatur.

De Egestate Wladislai et Guerra Boleslai contra Conradum Ducem.

Quadam vice cum venisset ad terram Stegensem in villis videlicet Jancsaw atq; Wirbin, ubi morabatur cum armatis, velletq; praedari villanos habitantes ibidem, ipsi Villani de utrisq; villis in simul concurrentes se fortiter defenderunt ac hostes fugantes ceperunt Ducem Wladislaum cum xx. personis vel citra, praesentaverunt eum Boleslao fratri suo praedicto, et sic tentus est in vinculis iterum in Lignitz Anno uno; in captivitate igitur constitutus tam dura frenesi laborabat, quod mordens se ipsum et homines ministrantes sibi quos occidere cupiebat, ut nemo auderet eum accedere; verumtamen

Denuo Wladislaus capitur.

Miseria Wladislai.

tandem

tandem mitigata frenesi de vinculis est emissus, et ibat per terras in uno curru met secundus vel tertius vagabundus comedens jam cum uno, jam cum alio plebano vel milite aut sculteto, nec in civitate aliqua stabilis esse voluit ad tempora vitae suae.

Interim autem Boleslaus guerras fovit contra Conradum Ducem Glogoviensem ac Olmucensem in tantum dampnificavit eundem pariter et destruxit, quod non habuit ipsi equum, in quo pallio indutus sine equitavit, et ad hoc deventum est, quod celebrata concordia inter eos Dimissa sua bona restituit Boleslao. Ducem Conradum oportebat resignare Namslaviam, Berestadt, Crentzenburgk, Pitzem et Kuntzenstadt, Dux vero Boleslaus dimisit Wolauiam atq; Lubent, quae prius ad Lignitz pertinebat; Dux itaq; Boleslaus post fratrum concordiam, dum adversarios non haberet, in magna vixit gloria, multa militibus clientibus tribuit et vasallis atq; prodigaliter plurimas inutiles fecit expensas.

Anno Dni M CCC iiij. Imperii Alberti V. obiit Wenceslaus secundus Rex Bohemiae, cui successit in Regno filius suus Wenceslaus,

qui

regnavit Annis Duobus. Hic Wenceslaus secundus expulsit Wla-
dislaum Lokot de Regno Poloniæ, factusq; est profugus tanto tem-
pore, quo ipse regnavit in Bohemia; quo mortuo et filio ejus
Wenceslao miserabiliter interfecto, revertitur ad Regnum Sandomiriam
nec non totam Poloniam recuperans et Coronam, quo mortuo suc-
cessit sibi in Regno filius ejus Kazimirus.
Eodem Anno Wladislaus Lokot Dux Cojaviensis audita morte Wen-
ceslai Regis Bohemiæ revertitur ad Poloniam Sandomiriam nec non
totam Poloniam recuperans et Coronam regnavit in Polonia. Fluxe-
runt autem Anni centum et octo, in quibus non habuerunt Po-
lони Reges sed Duces usq; ad istum Wladislaum, qui regnare cepit
in Polonia A. Dni. M CCC VII.

De Ducibus Poloniæ à Boleslao Crivoust usq;
ad Wladislaum Lokonem.

Mesco filius Boleslai crivi tres genuit filios videlicet Bo-
leslaum et Wladislaum, de quibus nullus inveniturhæres pro-
cessisse

Mesco.

cessisse, sed tertius videlicet Otto al. Otto Gneznensis et
Posnaniensis Dux eorum frater genuit Wladislaum, qui quidem Wlad-
slaus duos genuit filios videlicet Boleslaum Ducem Kalisiensem et
Primzil Ducem Posnaniensem; de Duce Boleslao Kalisiensi non inve-
nitur hæres processisse, sed de Prymzel Duce Posnaniensi processit filius
ejus et nomine Prymzel. Hic occisus est à suis nullo relicto hærede;
De Duce autem Kazmiro filio Boleslai crivi processerunt duo filii, vide-
licet Boleslaus, qui hæredem non habuit; Conradus Dux Masoviæ
et Kyoviæ et Lezco alias Lestico Dux Cracoviæ et Sandomiriæ albus
dictus. De Conrado prædicto nati sunt Semomiacus Dux Masoviæ
et Boleslaus, qui non reliquit hæredem nec Kazimirus Dux Kuyaviæ.
Præterea Semomiaco Duce Masoviæ processerunt Duo Conradus,
qui non reliquit hæredem, et Boleslaus Dux Masoviæ genuit Treydan
et Semomiacum; de istis ulterius non inveniuntur hæredes aliquos
processisse; Kazimirus autem Dux Cojaviensis prædictus genuit Lesti-
conem, deinde nigrum Ducem Cracoviæ, Sandomiriæ et Cujaviæ, et
non inveniuntur prolem processisse.

Duces Casimiri Boleslai Curvi prosapia.

Item dictus Kazimirus genuit Zympsil, Ducem Cujaviæ, qui
Zympsil genuit ulterius Ducem Lesticonem, Ducem Zympsil et Du-
cem Kazimirum, de his similiter tribus filiis non inveniо Varedem
aliquem ulterius processisse.

Item sæpe dictus Kazimirus Dux Cujaviensis genuit Wladislaum
dictum Lokiot factum Regem Poloniæ. Hic insuper Wladislaus Lokiot
postea magno Teutonicorum atq; Ungarorum atq; Polonorum exercitu
congregato potenter ingressus Prussiam usq; ad fluvium Osa dictum
duabus vicibus vastavit incendiis et rapinis, et sicut fertur ultima
vice terram expugnasset prædatam, si à proprijs consiliariis tradi-
tus non fuisset. Nam à Dominis crucijferis nonnullas habuerunt
pecunias, propter quas traditionem fecerunt in Regem.

Iste Wladislaus genuit Kazimirum Regem Poloniæ, genuit et Marga-
retam Ducissam Gniscencem Matrem Boleslaos ultimi Ducis
Swidnicensis, nec non Henricum Ducem Albienses et Lubaviæ
Patris Dominæ Annæ Imperatricis Consortis Domini Caroli.

Genuit et prædictus Rex Wladislaus Dominam Elizabeth alias
Pleven-

Zympsil

Casimirus Cujaviensis.

Plevennam Reginam Ungariæ, Matrem Dominæ Ludovici Regis
Ungariæ ultimi et Andreæ, qui fuit in aversa occisus in Regno
Apuliæ; Genuit insuper Kazimirus Dux supradictus Cujaviæ Kazi-
rum occisum à Lithvanis, et Semoniacum Ducem Dobronensem;
de quibus Varedes alias non inveniо processisse. Dux autem Lezco
alias dictus Dominus Cracoviæ et Sandomiriæ, de quo paulo fuit supe-
rius mentio, genuit Cracoviæ et Sandomiriæ Ducem et Galoneam Fa-
ctam Reginam, de quibus seu in eorum actibus et in Cronicis et
Scripturis nihil inveniо, nec quenquam de eorum semine processisse,
propter quod, ut puto ad Kazimirum præter Masoviam et Grebskono
quas terras habuerunt Duces et habent, de quorum Genologia
nihil reperio scriptum esse.

De Morte Henrici Ducis Glogoviensis et Successione Ducum Glogoviensium.

Anno Domini M ccc ix. Regni Henrici . . Henricus
Dux Glogoviensis post varios eius actus et bella quæ gessit,
obiit,

obiit 9dus Decembris in Monasterio Lubensi sepultus. Hic

Henrici I. Glogovi-ensis, Duris Majoris Bolomiæ Proles.

Henricus Dux Glogovensis quatuor reliquit filios videlicet Henricum, Conradum, Joannem, Primislaum, qui postea terram dividentes Henricus Saganum cum aliis Civitatibus et oppidis vicinis in partem sua sortis obtinuit; Conradus vero Oyam cum suis adjacentiis; Primislaus autem alias Przymko Glogoviam, sed et Joannes Stynaviam atq; Goram cum suis pertinentiis; Przimislaus adhuc juvenis sicut audivi à Senioribus bene rexit portionem suam, et quamvis impugnaretur per Regem Bohemiæ super ejus subjectione, unquam tamen voluit consentire, sed dixit potius se velle terram exire solus cum equo, quam subjectus esse alicujus Principis potestati. Hic Dux Przimislaus alias Przimko, quamvis juvenis erat, tamen multum commendabilis in virtute, nihilominus per suos proprios vasallos intoxicatus est et mortuus sepultus in Lubensi Monasterio. Duo defuncto sine haredibus fratres Henricus Saganensis et Joannes Stynaviensis per

Primislai fortis animus.

ordi-

ordinationem habuerunt simul Glogoviam; sed Conradus Dux Oyicensis obtinuit Stynaviam, Joannes autem Domino Joanni Regi Bohemiæ mediam partem Glogovia concernentem se vendidit et totaliter factum involvit, quod præter voluntatem Ducis Henrici sui fratris, per quandam traditionem ut audivi, quam imposuerunt aliqui quibusdam civibus Glogovensibus, aliqui vero Capitaneo, qui tunc fuit; potenter se intromisit de tota civitate Bohemiæ Rex supra dictus. Hic enim Rex, cum venisset prope Glogoviam ob hoc cum multis gentibus et stetisset prope villam Creisolwitz sub securitatis conductu, ad se vocavit cives Glogovienses, qui ad eum venientes traditionis ignari steterunt coram eo; cumq; mandasset eis seriosis verbis sibi civitatem protinus præsentari, responderunt, honori suo hoc nullatenus expedire, quibus et dixit Rex, vos conduci feci ad me paucis hominibus, sed cum hac dictis, ego reducam vos hac hominum multitudine, quam videtis, scientes, quod postquam ad domum reversi fuerits, videbitis stare

Glogovia à Rege Bohemiæ obsidetur et capitur.

Creisolwitz Kreyschwitz.

stare nostrum Banderium supra Castrum, quod et factum est.
Et per hunc modum Regi presentata est civitas. Sed successi-
vis temporibus post mortem dicti Henrici Ducis Saganensis, qui
obiit Anno Domini M.CCC. et sepultus est in Monasterio Ca-
nonicorum Regularium, surrexit unicus ejus filius inclitus Dux
Henricus Saganensis, et repetiit mediam partem Glogoviæ, quam
Rex occupaverat, ut preferur. Tandem recuperavit eam magnis
laboribus et fatigis, tedis et guerris, quas habuit tam in
vita Regis Joannis, quam post mortem ejus cum Domino Ka-
rolo Imperatore et Rege Bohemiæ, qui aliquando venit Glogo-
viam cum multis gentibus contra eum, qui se hic viriliter
defendebat, quod Dux Henricus Ferreus dicebatur, et tandem
facta concordia inter eos, idem Dux Henricus recuperavit
mediam partem Glogoviæ, sed factus est Bohemiæ Regis
et Regni Vasallus. Hic Princeps et plurimas guerras
habuit

Karolus Imperator et Rex Bohemiæ venit Glogoviam.

Henricus Ferreus.

habuit cum Rege Poloniæ Kazimiro, postmodum profectus
est cum Dno Karolo predicto, dum coronaretur Romæ in Im-
peratorem, ibi cinctus est balteo militari; demum transivit ad se-
pulchrum Domini et reversus ad patriam felicter movit guerras
illi de Biberstein supra quadam devolutione terrarum illius de Pag
de Saronia, qui sine proprios heredibus decessit et commisso bello victo-
riam obtinuit. Dux autem Joannes predictus mortuus est sine Joannes Saganiensis
heredibus, qui vendidit medietatem Glogoviensem Johanni Regi Bohemiæ,
et in Monasterio Lubensi sepultus, per cujus obitum media pars
Goræ fuit et ad Ducem Henricum devoluta. Et tandem ipse
Dux Henricus postquam generasset tres filios videlicet Henricum Henrici Soles.
Senioren moderum Ducem Saganensem, Henricum medium, Bom-
boldum dictum nunc Glogoviensem et juniorem Henricum Ducem
in Frawenstadt Sperling dictum, qui omnes adhuc divisionem ter-
rarum fecerunt in hunc modum videlicet, quod Senior habet
Saganum, Crosnam, Newburg et Swebizin cum suis pertinentis;
Medius

Medius vero Rumpoldus habet mediam partem Glogoviæ ab Gora et Styraviæ ac Heyntzendorff cum suis pertinentiis; Junior autem habet Fregenstadt et Sprotaviam cum suis pertinentiis; et Henricus Dux Glogoviensis et Saganensis nonnullis factis per eum claris actibus, qua fuit homo timens Deum et bene regens Dominium suum, tandem decessit Anno Dni M ccc LIX. et sepultus in Sagano apud Canonicos Regulares prope sepulchrum Patris sui predicti; Conradus autem Dux Oppiensis fuit homo procerus prudens et multum austerus inimicis suis, sed amicis suis valde benivolus. Hic gessit bellum cum Polonis prope Olynam et victoriam obtinens multos Nobiles de Polonia captivavit et sicut audivi fortis brachiis fuit homo, et hic personaliter existens in bello pugnavit fortiter et tam strenue se habuit, quod fama circa plurimos magna fuit de eo. Istud bellum factum est cum Rege Poloniæ, Casimirus cremavit et cepit Styraviam sub

Henrici Glogovier. his Laus.

Conradus pugnat cum Polonis strenue.

Sub ejus Regimine bene stabant Monasteria Lubense et Trebicense, et tandem in bona Senectute decessit sepultus in Monasterio Trebicensi, cui successit Conradus Dux Oppiensis modernus, habens filium etiam Conradum per Dei gratiam nunc viventem. Anno Dni M ccc XXXV. Henricus Dux ultimus Dominus Wratislaviensis dedit eandem Civitatem Joanni Boemorum Regi.

Qualiter Civitas Wratislaviensis venit ad Manus Boemiæ Regis.

His temporibus Henricus sextus Dux Wratislaviensis Frater Boleslai homo simplex et mitis sedebat in pace de suo contentus Domino vivebat honeste et ultra expensas necessarias sumptus non fecit, et ideo in rebus necessariis habundavit. Videns hoc frater suus Boleslaus paritens de fratris successu cum pertractatus consilia impulsavit, ut daret sibi Wratislaviam per Lignetz, quod omnino Dux Henricus facere recusavit; Cum

Henrici VI. parsimonia.

Cumq; cerneret Boleslaus ejus confortam, per indirectum monetum
cepit fratrem vexare permittens ac si ignoraret predari ac terram
ejus rapinis destrui, sic videlicet, quod de curia Mertinsdorff et
de aliis Terra Bregensis fortalitiis in Wratislaviensi Districtu
sepe plurima fierent dampna; Et quia Dux Boleslaus intentum
suum habere non potuit, consilio Ducis Henrici cepit insidias ponere,
ac eis, qui de consilio fuerunt mala inferre, unde Dominum Nico-
laum Dantz Canonicum Wratisl. qui fuit de consilio Ducis Hen-
rici, dum esset in Capitulo in Ecclesia Sti Egidii constitutus,
extrahi fecit et usq; in Jelesz Duci perpetim tenens eum capti-
vum, donec amici ejus liberarent eundem. Imposuit enim Dux
Boleslaus sibi, quod per aliqua fuisset locutus in consilio
fratris sui, que displicuerant eidem, propter quod ipsum capi
mandavit. Preterea quendam civem Wratislaviensem de Mol-
lesdorff dictum de consilio existentem etiam dicti Ducis Hen-
rici

Capitur Canonicus ex Capitulo.

Civis de templo capitur et suo clamore liberatur.

Henrici de Ecclesia Ste Elizabeth fecit extrahi quadam vice
asserens eum sui malam memoriam habuisse; cumq; de Ecclesia
ut predictus esset extractus idem civis et positus super equum,
clamavit valde pro auxilio, et quamquam illi, qui eum duxerunt,
minas sibi facerent, ut taceret, plus ille clamavit, unde timentes
concursum populi et ex hoc periculum sibi minere occiderunt eundem,
projicientes eum de equo ad terram, qui etiam sic de civitate subito
recesserunt, reversi ad Ducem Boleslaum, qui prope stabat cum suis
armatis narraverunt eidem ordinem hujus rei; quapropter Dux
Boleslaus turbatus potius cum vidisset vivum quem non mortuum
sperabat. Nam a fratre per illum mortuum, si vixisset, aliquam con-
cordiam extorsisset. Duo considerato tam Terrigene quam Cives
cum Duce suo Henrico inierunt consilium, qualiter his provideretur
dispendiis; et quia Dux ipse Henricus habebat masculini generis
aut sexus non habuit cum uxore filia Ducis Austrie, que
fuit

fuit quondam Marchionissa Brandeburgensis et mortuo Mar-
chione nupsit Henrico et ea generante tres filias videlicet
Offkam traditam matrimonialiter Bolkoni Duci Falkenbergensi,
qua vivit adhuc; Secundam Elizabet, qua nupsit Duci Conrado Olm-
censi, et sine haeredibus est defuncta; Tertiam vero Gritkam sancti-
monialem Monasterii sanctae Clarae Wratisl. Abbatissam postea factam
et ibidem defunctam.

Tres filiae Henrici.

Valiter consultum est sibi, quod subderet se Regi Bohemiae,
quod post mortem suam civitas deveniret in manus ejus,
propter malitiam fratris sui Boleslai.

Nonnulli consulverunt Duci Henrico Domino Wratislaviensi, quod
propter defensionem sui subderet se Regi Bohemiae, propter quod
tractatus fuit inter Regem ipsum et Ducem, et tandem concluditur,
quod Dux Henricus in odium fratris sui Wratislaviensem Ducatum
post obitum suum Regi et Regno Bohemiae resignavit, et ideo
Rex in recompensam sibi Glatos cum suo districtu similiter ad
vita

Ex odio fraterno Ducatus Wratislav. Regi Bohemiae designatur.

vita sua tempora dedit Duci; quo cognito natus Boleslaus
Dux Regem Joannem monuit, qui sibi juravit super Eucharistia Sacra-
mentum, quod Literas suas et devolutiones acceptare nollet, quem posius
contra quemcumq Hominem juvare vellet; eandem verum est, promisit vos iu-
vare contra quemlibet alium, non autem contra me ipsum. Et ex hac occa-
sione recepta inimicitia, qui pridem amici fuerunt, quoniam duas sorores
Regis Wenceslai filias habuerunt uxores; Rex destructionem Ducis cum
natus est loquens cum civibus Wratisl. quod sibi praesentarent Hayno-
vian et Goltperg per Boleslaum pignori obligata, quanquam Boleslaus
Regi servitia multa impenderit tanta et quod fere fuisset de terra
propulsus, si Boleslaus auxilium sibi non fecisset cum quingentis galeatis,
quos sibi adduxerat sub magno dampno ipsius. Wladislaus frater Ducis
Boleslai praedicti veniens insuper de Mazovia, ubi antiquam vetulam
Dyssam quondam uxorem duxerat propter aliquales pecunias, quas ha-
buit, quibusq consumptis ab illa diverterat ad Regem Bohemiae, accessit
et asserit se verum haeredem fore et Dominum Lignicensem et produxit
unam

nam Literam sigillatam per cives Lignicenses, quæ fatebatur
se ipsum, terram Lignitzensem venalem exhibuit dicto Regi, quam
Literam acceptam à Duce Wladislao Rex ipse, Bolesłao Duci, qui
qui iratus territus visa littera nesciens quid faceret stabat anxius
quasi mutus, quin Rex comminatus est sibi, quod vellet habere
Lynitz eumq; penitus destruere, nisi se sibi subderet et efficeretur
Regis Bohemiæ vasallus. Et quia Dux Bolesłaus expendendo sic,
ut præmittitur fuit in facultatibus diminutus, ut sibi resistere
non posset, timens etiam sibi magnum periculum imminere, factus
est Regis et Regni Bohemiæ subditus et vasallus, et sorti,
tam peccatis exigentibus ita Wratislaviensis Ducatus à Pomi,
ris naturalibus sic ad externos devolutus, et perdita est libertas
Principum Polonorum. Nec tamen à prodigalitate sua desistit
Bolesłaus, quin et plus expenderet, quam haberet. Nam omnes
Annitiones suas involvit obligationibus et debitis oneravit.

Bolesłaus Dux Lignicensis fit subditus Regi Bohemiæ.

Lignitz

Lignitz enim obligavit pro octo milibus Marcarum; Haynow
pro quatuor milibus Marcarum; Aurum vero Montem pro tribus
milibus Marcarum; Nonnullis civibus Wratislaviensibus jam pro pannis,
jam pro equis, jamq; pro aliis rebus super dampnis apud eos receptis,
obligaverat insuper filios suos Wenceslaum pariter et Ludwicum Duces
in Wratislavia ob Stagnum pro magna suma pecunia observantes,
quos quidem filios ex Domina Margaretha prædita filia Regis Bohe,
miæ generavit, et ad tantam pervenit inopiam, quod quo diverteret,
ignoraret. Cumq; jam regens ad senium se tandem magnis non posset
debitis liberare, filiis ipsis terram Lignicensem cum suis pertinentiis
assignavit, ut si possent debita hujusmodi evadere cogitarent, qui
se intromittentes tenuerunt simul Lignitz; sed Dux Bolesłaus
Pater eorum remansit in Brega et in Olavia, donec frater consi,
meret omnes reditus et proventus, quos ibidem possisset habere.

Bolesłai prodigalitas et rebum oppignoratio

De

De Nenkero Episcopo Wratisl. et excommunicatione, qua excommunicavit Regem Bohemiæ Joannem.

Anno Dni M cccXXVII. translatus est Dnus Nenkerus XIX. Episcopus Wratisl. de Ecclesia Cracoviensi ad Ecclesiam Wratislaviensem, et sciendum, quod tempus interveniens Ecclesiæ Wratisl. vacavit propter duos electos in discordia, quorum unus fuit Vitus, alter vero Lutholdus, quibus simul litigantibus in Romana Curia super ea. Tandem Vitus triumphavit et vix octo diebus vel citra superveniens vivens post victoriam tradidit spiritum. Et translatus est Dnus Nenkerus, qui bono constans. Johannes autem Bohemiæ Rex, exercitu congregato Castrum Melitz, quod tunc temporis tenebat Dux Henricus de Wirbna Archidiaconus et Canonicus Wratisl. obsedit, qua siquidem obsidione durante tractatus est per Nobiles cum dicto Archidiacono, qui libenter bibit. Cumque datæ sunt duæ Flaschæ Vini gallici, ut tam potatione placatus, quam

Contentio in Romana Curia pro Episcopatu Wratisl.

Melitz obsidetur.

Archidiaconus bibulus.

quam et terroribus comminatus Regi Castrum tradidit, et cum Rex Castrum teneret, nec ab Episcopo requisitus restituere vellet, per totam Terram Wratisl. Episcopus Ecclesiasticum posuit interdictum. Et quamquam varii super restitutione Castri tractatus fuissent habiti, Episcopus tamen nihil profecit; Convocatis igitur Canonicis suis voluit Episcopus, ut secum irent, quia vellet monere personaliter Regem, pro restitutione Castri, quorum aliqui metuentes Regem se protinus abstraxerunt, paucis cum Episcopo remanentibus videlicet Domino Apetzkone Scolastico, qui postea factus est Episcopus Lubicensis, Ottone de Donin, Kuntzkone de Schowkow et Petro de Pitkow; quibus assumptis secum Episcopus audacter ad Claustrum fratrum minorum in Wratislavia, ubi tunc Rex erat in una parva Stabella retro Refectorium cum suis Consiliariis, pedester ivit, et manu propria pulsavit etiam ad Stabellæ ostium tam fortiter, ut vix tum fuisset à custodibus, quis tam impetuose auderet ad ostium Regis pulsare? Responsum est eis, quod Episcopus vellet intrare.

Episcopus convenire cupit Regem Joannem pro restitutione Castri.

Rex

Rex vero sibi dici mandavit, quod expectaret ad horam, qui esset alis negotis impeditus, quod sibi audientiam dare non posset; insilominus perseveravit constans et immobilis pulsando, tam diu, donec aliqui de consilio Regis fecerunt eum intromittere; cumq; fuisset Stubellam ingressus Episcopus in Religione indutus pectorale habens in collo et cedulam parvam in manibus, cepit legere atq; ad Regem dicere: Domine Rex, ego moneo vos primo, secundo, tertio et peremptorie, quatenus restituatis castrum Melitz Ecclesiae meae Wratislaviensis.

Repetitio Castri Melitz peremptorie.

Cui Rex respondit: Modo non habebitis tam cito, sicut vobis videtur. Et Episcopus è converso signum sanctae Crucis manu gestans subjunxit: Et ego excommunico vos et nunc, prout et tunc in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Et stabant omnes Principes, Nobiles et Barones, qui tunc apud Regem erant stupefacti, ut nec quidquam verbum diceret. Rex autem dixit: Ach anima Dei, qualis est iste Sacerdos, libenter moreretur et Martyr fieret, si quis vellet eum martyrio coro-

Importunitas Episcopi in Regem notanda.

cornare martyremq; facere. Fuit igitur ex hoc Rex in magnum furorem conversus, sed volente itaq; dictum Episcopum Stubellam ipse accesserunt Consules Civitatis Wratislaviensis et cupientes animum ejus mitigare dixerunt: O Domine, non debuisseris sic in faciem excommunicasse Dominum nostrum Regem, sed potius cum alioqui mitiori animo. Illibus respondit Episcopus: Induceatis vos Dominum vestrum Regem, ut Ecclesiae restituat suum castrum, quia fuistis etiam ibi, cum Ecclesiae Bunsmodi damna fuissent illata. Dixerunt: Domine, non est nobis tanta potestas, ut possimus hoc facere; quibus et respondit Episcopus: Et ego excommunico vos et Regem vestrum in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Et sciatis, subjunxit Episcopus, non eum esse Regem, sed Regulum. Illibus sic actis ad domum suam Episcopus cum Canonicis est reversus.

Excommunicatio Regis et Wratislaviensium.

Haec siquidem verba dicta per Episcopum de Regulo per Principes et alios fuerunt notata, non intelligentes plene, quid innuisset per ea, et habitis diversis civitatibus consilius nomine Regis missum est

est ad Episcopum et inquisitum, quid denotaverit eum dicendo Regulum et non Regem? Qui respondit: Se verum dixisse, quia cateri Reges suos habent Archiepiscopos, qui eos inungant, benedicant et coronent, sed Rex Bohemiæ nullum habet, sed quoniam necessarium est, oportet eum alium pretio aut prece conducere, notando Moguntinum Archiepiscopum, qui eundem benedicere atq; coronare habuit Regem Bohemiæ.

De Persecutione Cleri in Wratislavia, et de Inquisitore Swenkfeld et de ejus occisione.

Cumq; hujusmodi negotium Episcopus predictus concordare non posset, post tres dies in Nissam est reversus et totus Clerus est depulsus et omnes Ecclesiæ tam Cathedrales, quam aliæ regulares et seculares clausæ sunt, donec cives Wratislavienses in earum aliquibus videlicet apud Stam Mariam Magdalenam, apud Stam Elizabet et apud S. Spiritum vagabundos, sicut audivi Clericos permitte-

Ecclesiarum Templa per cives.

rent profanare, ad quorum celebrationem compulsi sunt ire homines utriusq; sexus, propter quod in Wratislavia magna est suborta tribulatio. Nam si quis ex devotione volebat ire ad Ecclesias, in quibus interdicti fervebatur obedientia, male tractatus est et sæpe ipsis pallia sunt ablata; quapropter Episcopus memoratus processus valde graves misit contra Regem et Cives in terram Wratislaviensem excommicando et interdicendo eis omnia Ecclesiastica Sacramenta; Cives autem Wratislavienses non curaverunt Processus Episcopi nec et Apostolica mandata, quia Episcopus pro suis injuriis mittens ad Romanam Curiam querelas magnas ac multas coram Benedicto Papa XII. contra Regem et Cives Wratisl. deposuit; qui missis multis Processibus sententias pristinas aggravavit.

Durante hac Rebellione hujusmodi cernens eorum Episcopus dubitam vocato ad se Inquisitore haereticæ pravitatis videlicet Fratre Joanne Schwenkfeld Magistro in sacra pagina, homine sanctæ vitæ, proposuit sibi,

Inquisitor haereticæ pravitatis ab Episcopo subordinatus.

sibi, qualiter tam frivole tamq; pertinaciter starent cives Vra,
tislavienses in Excomunicationis et Interdicti sententiis et imploravit
super hoc ejus inquisitionis officium; qui homo constans et strenuus
habens zelum Dei atq; cupiens officium suum exequi diligenter, veniens
quoq; Wratislaviam die quodam Dominico sermonem faciendum solemniter
ad populum publice fecit indici, post prandium igitur ante Pretorium
convenit quasi tota Civitas ipsum audire, ubi fecit magnum et longum
Fit Concio ad populum coram pretorio. sermonem adhortans cives, ut redirent ad gremium sancte Matris Ec,
clesie obedientiamq; servarent, increpans etiam profanationis vitium
quod fiebat. Sed finaliter sermo displicuit in auribus nonnullorum,
presertim cum citaret Consules et Jurates coram se die crastino
comparere; sed illi citati veniente Termino noluerunt venire;
quapropter spiritus fortitudine roboratus met ivit ad eos in
Pretorium, et facto eorum examine responsiones et contradictiones
Sermo ad Senatum. quarum aliqua non placuerunt, sibi, audivit ab illis; cumq; dice,
ret, se talia non posse sub silentio preterire, qui oporteret
eum

eum ad superiores et ad Papam deducere, subjungens se timere
propter ea eos incurrere graviora, si non aliter cogitarent; nos de
loco decessit nonnullis in eum stridentibus et blasphemantibus.
Unde postea Consules iverunt ad Regem de Inquisitore predicto que,
rimoniam facientes atq; dicentes, quod eos vellet facere hereticos
inquirendo et procedendo contra eos. Medio tempore decrevit Rex
mittere ad Administratores jam sede vacante, qui tunc stabant in
Nissa et fuerunt Domini Henricus de Baruch Prepositus et Spetcz ho
Scolasticus Canonici Wratislavienses in spiritualibus igitur deputati
desiderans aliquos de suis nec non Inquisitorem predictum ad se
Pragam transmitti, qui tractare vellet de hujusmodi dissensionis
negotio concordando, et ut secum transirent predicti mandavit
Capitaneo suo Wratislaviensi nec non civibus, ut illos deberent
conducere et inviolabiliter trewgas pacis servare, propter quod
specialiter Conradus de Falkenhayn tunc Capitaneus Wratisl.
Inquisitorem conduxit et alios transeuntes secum, iverunt etiam
Consules

Regis jussu Pragam revertitur Dyon. Anfried.

consules versus Pragam, quibus illic existentibus Rex tractabat uno die cum eis, altero autem die mane, dum esset praedictus Inquisitor in Monasterio Fratrum Praedicatorum sancti Clementis in Praga, et sicut audivi relatibus nonnullorum de, vetat tunc temporis fecisse Collectionem Sermonis ad Clerum existens in Camera Studio deditus super accedentes duo negvan, unus vocabatur Knofil, et cum percepisset eum ibi existere, pulsans ad hostium Camera, petivit Knofil cum instantia, ut ejus Confessionem dignaretur audire, cumq; responderet divin, tus sic se fore impeditum aliis, quod modo non posset vacare, sed expectaret modicum, tunc eum libenter vellet audire, negvagvan ille importunando dixit: Nisi me statim audieris, desperabo, quia peccator sum magnus, et inter eos meum tetigit gratia confitendi quam unqvam, quam quidem gratiam si protractus fuero diutius, perdam fortassis ex hujusmodi remorsu conscientiae, stimulatus vir Dei statim surrexit de

per confitentes vulneratis et oc, ditus.

studio

studio Cameramq; aperuit, et egressus posuit se secum ad sustentaculum gradus, quo ascenditur ad cameram, et inclinando se quasi confessionem auditurus, maledictus ille, nec non alius ille, qui secum venit accurrentes insimul exemptis cultellis eum tribus sauciantes vulneribus percusserunt ad mortem.

De Cruore ejus, qui adhuc videtur et non potest deleri et Morte negvan illorum.

Intellexi à quodam antiquo fratre dicti Monasterii, qui tunc asserit se vixisse sibiq; fratres bene constare, cum illi negvan scelere perpetrato fugerent, Inquisitor clamavit post eos: Latrones, Latrones. Nihilominus in se reversus protinus ad se ipsum dixit: Cur vis perdere aureolam Martyrii tui. Et sic statim silvit aureolam Martyrii nolvit perdere Confessor atq; se reponens ad sustentaculum multum sui sanguinis cruorem effudit, qui guttatim adhuc apparet ad oculum in sustentaculi pariete, qui extra vertitur rubicundus in tantum, ac si fuisset recenter, quiq; nec deleri potuit nec potest usq; in praesens, quamvis

et

et paries ipse tam casu invium, quam imbrium pondere contin-
gatur. Quo sic peracto Rex capi mandavit atq; cives et in
quadam Camerata concludi de perpetratione hujus sceleris eos do-
mines suspectos, sed cum suo affererent Sacramento se penitus nihil
scire de crimine, dimissi sunt. Sicq; vir bono atq; devotus quod
fortassis concepivit, est palmam Martyrii consecutus. Petulit
quidam alius frater habens curam Capellæ, in qua corporaliter
requiescit et depictum est ejus Epitaphium in quadam imagine
ad parietem et ex adverso sepulchri, quod cum quadam vice
sibi apparuit dictus Martyr in silentio visionis nocturna,
qui cum frater ille requireret, quid de ejus foret respondit: opsine
requisitus ulterius per eum? Cur Deus ejus meritis miracula
non faceret? ipse respondit: Non est tempus; sed venient dies,
in quibus locus et Monasterium hoc, in quo quiesco, multum exal-
tabitur; propter quod idem frater super Sepulcrum ejus de ligno
quasi

Nopor

quasi quoddam feretrum mortuorum poni fecit, ne pedibus do-
minum Capellam visitantium conculcetur. Porro post dimidium annum
malefactores predicti capti sunt in Lignicz et cum deberent mortis
supplicium sustinere, percipiens hoc Dominus Britislaus factus tunc
Episcopus Wratisl. misit ad Dnum Boleslaum postulans ut mitteret
sibi eos in Ottmachaw, quod et factum est. Et illi publice sunt
confessi coram Episcopo et aliis multis, quod scelus perpetrassent
hujusmodi conventione facta cum eis pro XXX. Marcis per quosdam
tunc Consules Wratislavienses, et signanter nominaverunt: Merkich,
num, Scbertilczan et Helmboldum. Puto quod adhuc de hac
materia sunt Signatura publicorum Notariorum in Archivis Wratisl.
Episcopi. Et si ausus sum dicere retulit mihi Dominus Karolus
recolenda memoria Dno Rege Cypri, cum secum esset in Wratisla-
via, qualiter magna plaga fuisset facta nedum propter occasionem
viri

Capiuntur homicide in Lignicz.

Viri sancti atq; etiam expulsionem Cleri. Nam dum tota Wratislaviensis civitas post hoc subito per ignis incendium vastaretur, per quandam nebulam apud Stum Mauritium visus est Angelus Dei super civitatem, qui vibrans gladium et mittens carbones ignis super illam.

Magni incendii Wratisl. causa.

Qualiter bona Ecclesiæ Wratisl. sunt destructa per Bolesllaum Ducem Bregensem et Legnicensem et de Excommunicatione ejusdem.

Sed notandum prius antequam procederet Inquisitor supra dictus contra cives memoratos et Dn. Nensherus excommunicaret eos, et Regem, et Terram Wratislaviensem excommunicando et interdicendo eis omnia Ecclesiastica Sacramenta, Rex iratus intromisit se de omnibus bonis Ecclesiæ personarumq; Ecclesiasticarum tam Regularium, quam secularium quarumcumq; et Sortabatur Bolesllaum Dn. cum Bregensem, ut super his sibi contra Episcopum atq; Clerum auxilium ministraret; qui cum esset pauper et inops, qui quasi omnia sua consumpserat, ut perfertur, se ad hæc mala co citius flecti permisit, et bona tam Episcopi, quam Cleri in quibus, cumq; redditibus, censibus atq; decimis consistentia in Terra sua invasit et diripit, ut etiam excommunicaretur pro eis et terra Bregensis etiam subjecta esset Ecclesiastico interdicto per longa temporum curricula; et pro his injuriis et violentiis præfatus Episcopus mittens ad Romanam Curiam querelas magnas et multas contra Regem et Cives Wratislaviensis deposuit coram, qui remissis multis processibus sententias pristinas aggravavit, sed et Rex et filius ejus Dominus Karolus primogenitus postea Imperator electus personaliter venerunt ad Romanam Curiam; quos nec Papa Benedictus, qui tunc fuit, videre voluit, nec audire, nisi prius ablata omnia essent Ecclesiæ Wratisl. restituta; qui cum hoc nollent facere sine benedictione ab Apostolico recesserunt. Interim decessit Dn. Nensherus Episcopus Wratislav. IV. Idus Aprilis A. Dni. M ccc xlj. studui referre, quod in exitu Animæ suæ de corpore per quandam devotam mulierem suavissimus

Bolesllaus Bregensis rapit bona Ecclesiastica ut final cum Wratisl. in Excommunicatione fiet.

Nensherus Episcopus Wratisl. moritur.

frequentissimus est Cantus auditus, cui et revelatum est animam deferri per Angelos Nenkeri Episcopi. Devotus quidam Homo fuit et simplex multum jejunavit et Missas quotquot legi poterant per Capellanos suos audivit et oblationem fecit ad Missam quamlibet specialem.

De Electione Pritzlai in Episcopum Wratislaviensem et Concordia cum Carolo Rege Bohemiæ.

Ao. Dni. M CCC XLV. in Die Gotthardi Confessoris in Episcopum Wratislaviensem concorditer est electus Dng. Pritzlaus de Pogrella XX. Episcopus Wratisl. et revoluto Anno eodem in die S.ti Gotthardi per Dn. Benedictum Papam confirmatus est; quamvis enim postulavit confirmari per Gneznensem Archiepiscopum, tamen Rex Kazimirus, de quo supra fit mentio, impedivit ejus confirmationem, desiderans promoveri aliquem de suis natis de Cracovia, quamplures fuerunt tunc Wratislavienses Canonici Cracoviæ, quapropter se transtulit ad

ad Romanam Curiam et ibi fuit confirmatus et consecrationis beneficium consecutus. Hic reversus de Curia cum Joanne Rege Bohemiæ et filio ejus Karolo concordavit super controversiis pretextu Castri Mehtz habitis portans Confirmationem suam honorifice susceptus et à populo et à Clero in aliis Civitatibus præterquam in Wratislavia; Statim enim antequam venisset Wratislaviam, Missam vit; tunc venit ad eum dictus Karolus adhuc existens Marchio Moraviæ pro tractanda concordia inter eos et post tractatus varios concordatus fuit solenniter, ita videlicet, quod Episcopus cum Clero et Ecclesia fuerunt contenti et fuerunt in Wratislavia tam Episcopus quam Clerus honorifice introducti et magnum factum est gaudium civitatis et processerunt Consules et Jurati pedestres de Prætorio ad Monasterium S.ti Adalberti et pallis capitiis cincturis ibi depositis promiserunt similia se velle nunquam à modo perpetrare. De hoc etiam facta fuerunt, sicut multi referunt plurima instrumenta publica. Huic Concordiæ interfuerunt nonnulli Principes Poloniæ videlicet

Senatus Wratisl. pulsis erga Episcopum.

Boleslaus

Boleslaus Bregensis et Lignicensis; Wladislaus Bytsumensis; Conradus Olynicensis, Boloo Falkenbergensis, Boleslaus Opoliensis et alii multi. Cumq; hæc, ut præmittitur, essent peracta, et dictus Dux Karolus diceret, quod vellet et Ducem Boleslaum cum Episcopo et Cero pro rapinis et damnis, quæ fecerat, Ecclesiæ concordare, nihil tamen penitus in his facto decedens dimisit Boleslaum in magno supplicio laborante; Sed quoniam Episcopus Pritzlaus de Ducatu suo natus fuerat, et tunc temporis guerra consurgerent inter Episcopum et Conradum Dux Boleslaus cum Episcopo tota sua potentia contra illum insurrexerunt, et quoniam Episcopo et Ecclesiæ auxilio competens emenda facta, extitit inter Episcopum et Boleslaum Ducem nec non Capitulum et Ecclesiam magna benivolentia et amicitia est facta taliter, et quod de rapinis et damnis minus agebatur.

Qualiter

Qualiter Boleslaus ante mortem suam est absolutus à Sententia Excōmunicationis.

Venerat igitur processu dierum et factus est Gepagenarius Dux multa comedens, et in Festo Paschæ, cum post Jejunium Quadragesimæ multum comedisset, videlicet sicut narratur XIII. juvenes pullos minimq; de potibus diversis potasset, statim in crastino magnam infirmitatem incidit, et vocatis filiis Wenceslao et Ludwico postulabat, si quomodo possent procurarent tolli Excōmunicationis et Interdicti Sententias in se, nec non in terram suam prolatas; Et quoniam negotium nimis arduum ipsis visset, difficulter se posse hoc facere responderunt, verumtamen habitis consiliis inter se mutuo tractaverunt, quod Dux Wenceslaus filius senior Wratislaviam ire deberet, et pro se et pro fratre promittere, quod omnia restituerent quam possent. Dum Wratislaviam veniente cum Episcopo et Capitulo sic tractavit, quod ad instantiam quarumcumq; singularum personarum et prolata Sententia Excōmunicationis et Interdicti de consensu omnium

Voracitas Boleslai.

omnium sublata pagitur et relaxata fuerunt. Venientes enim propter tollendas sententias Domini Joannes dictus Donum Mane quondam Decanus, et Petrus de Goslina dictus alias Crom, Boltes Canonici Wratislavienses, quibus attributa fuerat absolvendi potestas Bregam noctis tempore, absolverunt Ducem et sententias ut premittitur relaxarunt. De quo multum gaviso est Dux ipse et elevatis in calum manibus gratias egit Deo, et eadem nocte circa crepusculum diluculi feria sexta ante Dominicam, qua Misericordias Domini cantatur, quod fuit X. Kal. Maji A. Dñi M.CCC.XLV. de hac luce migravit et sepultus est in Capella Bte Virginis in Lubensi Monasterio, quam fundavit et addidit Monasterio duas villas bonas videlicet Ohnam et Heidersdorff in Districtu Nymptzensi. Idem Boleslaus priscis etiam temporibus Monasterium fratrum Predicatorum in Brega fundavit.

NB Auctor hujus Cronici Joannes dictus Donum Mane.

Absolutis.

De

De Filiis Boleslai et eorum Dissensione.

Post mortem ejus vero Domina Halberma ejus uxor secunda de Croatia nata et de Ungaria ducta in dotalitium tenuit Bregam et Olaviam; duo autem filii ejus superstites Wenceslaus pater et Ludwicus simul Lignitz aliquanto tempore tenuerunt, sed simul duo non manere poterant propter suorum Consiliariorum, qui sepe non querentes quæ Dominorum, sed quæ propria sunt Discordias seminant, quod et factum sic credo. Cogitabant ergo se sondere præsertim cum esset jam quilibet conjugatus. Wenceslaus enim habuit filiam Ducis Teschinensis; Ludwicus autem filiam Ducis Glogoviensis et Saganensis habuerunt uxores. Interim in terra Lignicensi magna aurifodina orgium habuerunt et fuerunt in tantum, quod in principio fere septimanatim aliquando CXX. aliquando cl. Marca auri poterant ibidem lucrari.

Aurifodinæ in Slesia unde habuerunt.

Hoc

Hoc siquidem opus et lucrum duravit citra octo Annos.
Et divisi sunt fratres, propter quod civitas Lignicensis cum suo districtu in sortem cecidit Ludovici; Goldberga vero Lubin et Stay, novia Wenceslai; quo viso idem Dux Wenceslaus non contentus cepit movere guerras et dissensiones fratri Ludowico, et in ejus odium venit ad Dn. Carolum tunc temporis Marchionem Moravie in absentia patris ejus Joannis Regis, qui fuit in Francia, Regnum Bohemie gubernantem, sibique venalem exhibuit partem suam, quia haeredibus adhuc carent et cupiebat fratrem exhaereditare et accepto Marchione termino suo eo reversus ad propriam multa tedia fecit fratri promittens eum damnificare depredationibus et rapinis. Interim Consiliarii et Vasalli eorum tractare cepe„ runt et dicere Ludwico, cur se vellet exhaereditare permittere, cum haberet haeredes, frater vero careret et debilis homo esset, et finaliter tractatibus conclusum fuit, quod Dux Ludwicus cessit fratri de Terra Lignicensi sub hoc conditionis articulo,

quem sibi fecerunt ipsius Ducis Consiliarii pecuniarum dono corrupti, videlicet, quod post mortem Ducis Wenceslai fratris sui tota terra videlicet amba divisionis partes devolvi deberent ad Ludwicum et ejus haeredes, si Wenceslaus discederet nullo relicto haerede; in casu vero, quo haeredes susciperet Dux Ludwicus nullam haeredibus suis portionem dare deberet ad tempora vitae sua, postquam autem decederet Ludwicus haeredes utrinque deberent aequaliter inter se dividere totam terram. Hoc ipsum magnis Privilegiis multis Sigillis Baronum et Civium est sigillatum et firmatum. In hac siquidem ordinatione non plus habuit Dux Ludwicus, nisi cccta Marcarum reditus annos et curiam Buchwalt communiter nuncupatam cum villa ibidem. Mira res antea quam Dux Wenceslaus totam Terram ex ordinatione hujusmodi suscepit adeptus, tam debilis extitit, ut claudicans ambularet in sustentaculis baculorum; terram totam adeptus autem sanus apparuit ac si nihil mali sentiret. Dum opes salutem

De Filiis Wenceslai atque ejus inopia.

Et quamquam ex antifodinis et aliis multis pensionibus, quae solve„ tantur

bantur sibi merito manere potuerit opulentus, tam prodigaliter
tamen vixit, quod tandem non modicam inopiam est perpessus, adeo
et quod interdum cibum bene non habuit manducare, stansq; cum
uxore sua in Conjugio per xxvij. annos, pueros non habebat, quibus
elapsis postea quatuor filios genuit et unam filiam videlicet Ducem
Ruperthum Lignicensem Dominum, Wenceslaum quondam Lubucensem, nunc
vero Wratislaviensem Episcopum; Boleslaum et Henricum Decanum et
Canonicum Wratisl. postea Episcopum Wladislaviensem, nec non Hedwigim
filiam senioris Ducis Henrici Saganensis conjugio copulatam.
Cernens igitur Wenceslaus Dux predictus se haeredes habere multos,
acquisivit vias et modos, quomodo haeredes proprios circa terram Ligni-
censem conservare posset, fratrem vero ejus Ludwicum cum suis
haeredibus removere, propter quod etiam expulit nonnullos vasallos
alios qui ut premittitur promiserunt Duci Ludwico, nec voluit
ab hoc homagium facere et praestare eisdem haeredibus suis
recusarunt.

Considerans itaq; Ludwicus, quod frater suus Wenceslaus sem-
per ad ejus destructionem tenderet, cogitavit, qualiter aliquam munitio-
nem acquireret et etiam alterentem, si aliquem haberet, cujus se
posset praesidio defensare, cum adhuc nullum talem haberet, propter quod
et fratri blandiens miti modo transivit cum eo, donec de ejus consensu
quidam Luben exsolveret cum suis vasallis et pertinentiis, quod cuidam
de Torgau prius extitit obligatum, tamen occasione hujusmodi pra-
ejune Dux Ludwicus accepit ex eo, quia consideravit, quod frater
suus Wenceslaus contra factam ordinationem vellet suae ejus con-
sensu munitiones, possessiones et reditus obligare; cui tamen
facto ipse Dux Ludwicus restitit, quantum potuit, alienationem
terrarum non libenter videns; insilominus obsejavit aurum
montem cuidam Judaeo Ludwico invito, unde contigit, quod Ludwicus
obsedavit Judeum, et captum in Civitate Lignitz duxit secum in
Lubin, quem et coegit absolutum aurum montem dimittendum.
Propterea Wenceslaus irascens fratri reditus quos habuit
in

Luben quondam Torgaw oppignoratum.

in Terra Ligniczensi auferens damnificari graviter fecit fratrem diversis incendiis et rapinis opprimens pauperem, nihil munitionis, quam solum Castrum in Lubin et opidum obtinentem.

De Concordia Imperatoris facta inter Duos Fratres.

Accessit igitur Ludwicus ad Dominum Karolum Imperatorem jam factum et Bohemiae Regem de fratre querelam deponens super injuriis sibi factis, nec multa profecit, quin durarent dissidentiae inter fratrem et fratrem ad sex vel octo annos, quibus tractatus et placita facta sunt plurima inter eos; postea vero decessit Domina Caterina praedicta eorum noverca et ambo fratres terra Bregens. et Glaucens. cum suis districtibus devoluntur; sed in odium fratris Ludwici Wenceslaus Duci Bolkoni Swidnicensi vendidit partem suam ad tempora vitae suae pro quadam pecuniae quantitate, propter quod novas tribulationes et incomoda Ludwicus habuit, quoniam Dux Bolko Swidnicensis confisus de sua potentia

potentia et etiam Dno Imperatore praedicto, eum assignaverat jam idem Swidnicensis omne Dominium suum post mortem convicentibus nonnunquam oculis transeunte plurimum infestat eundem, etiam lites et controversias sibi suscitavit, undecunque potuit oppressionibus fatigavit cupiens eum deprimere de sua patris media portione. Cumque Dominus Imperator perpenderet Duci Ludwico injuriam fieri, se tractatibus interponens ac concordiam faciens inter fratres ad invicem duxit eosdem, ita, quod Dux Ludwicus manere deberet in Brega et Dux Wenceslaus in Lignitz et habere Haynoviam Ludwico in recompensam Grothaw, quod jam Episcopus tenet Wratislaviensis et Ecclesia; Pitczin et Creutzburgk posset et deberet Ludwicus Dux redimendo exolvere post mortem Bolkonis Swidnicensis Duci, quod et factum est. Et quoniam amicitiae in suis operibus jam cessarunt, quod nihil lucri provenerat ex eisdem, Dux Wenceslaus in magnam inopiam est redactus

Swidnicum Imperatori Carolo designatur.

Ingni Ducis Wenceslai.

redactus, in qua mortuus est et in Ecclesia Collegiata Lignicensi, quam ipse fundaverat cum fratre suo est sepultus.

De Duce Monsterbergensi et ejus Liberalitate ac solatione et gestis

(Bolconis primi Ducis Swidnicensis filius.)

Bolko Dux Monsterbergensis fuit homo mirabilis et valde solatiosus et fuit audivi plurimorum relatibus gessit plurima risu digna. Nam quadam vice in novo foro Wratislaviae, ubi tunc ad forum concurrerent mulieres multa lacticinia venudantes, ipse omne lac venale habentium amphoras fecit emere cum lacte ac in hospitio suo dolio ad hoc preparato, totum lac, quod emerat infundi jussit, sed antequam mulieres essent pacate quelibet de suo precio, Dux ait: Quelibet vestrum de dolio recipiat suum lac, nolo enim vos pacare de illo. Quo cognito mulieres accelerando quelibet amphoram suam misit ad dolium lac suum

Lac in dolio.

resumere

resumere cupiens quod intulit; in quo mulierum congressu tantus est factus impetus, ut quelibet amphoram suam concuteret et se fractis vasis simul contendere ceperunt, et ut audivi se mutuo fortiter capillaverunt. Ex quo facto Dux hoc cernens est factum magnum solatium et risus. Post contentionem igitur hujusmodi mulierum fecit easdem, ut dato precio cuilibet easdem cum gaudio secum abire. Hac et hujusmodi similia facta digna risu temporibus multa commisit, quae per omnia longum esset enarrare. Hic fuit filius Bolkonis primi Ducis Swidnicensis. Porro suis temporibus per Dn. Karolum predictum eisdem temporibus Marchionem Moraviae Franckensteynum est vallatum, et sicut audivi multi Nobiles de Bohemia et Moravia de parte Marchionis in obsidione hujusmodi capti sunt, sed quodam tempore per dictum Dn. Karolum solemni convivio preparato, ad quod invitaverat dictum Ducem ordinatisq; nobilium multis speciosis mulieribus

Civitas Franckenstein.

postulavit

postulavit eum illos captivos sibi mitti solutos, quod et fecit
Captivi liberantur per preces Nobilium. ad instantiam earundem, et sicut referunt multi, si exactionasset
captivos eosdem tantas habuisset pecunias, quod terram tam bonam
sicut habuit cum his emere potuisset. Denum igitur transactum
est inter Regem Bohemie et eundem Dnum taliter, quod Glatz cum
suo districtu datum est sibi ad tempora vite, cum omnibus suis bere,
dibus vasallus Regis Bohemie atq; Regni factus est; Processu quoq;
dierum mortuus est in Monsterberg et sepultus in Styriesiaw, et
sicut audivi dum ageret in agone multum conteritus est atq; con,
Mors Boltkoni et ejus Successores. tavit ipsum Responsorium: Tribulatus sum nescerius usq; in finem
perduxit. Hinc successit Nicolaus Dux Monsterbergensis, qui ver,
didit Transeuntem Regi Bohemie, ad Sepulchrum Domini transiens
redeundo diem suum clausit extremum, et de Ungaria ductus in
Stymidaw traditus est sepulture, relinquens post se duos filios
Bolkonem et Henricum. Henricus factus est Cruciifer de Domo

Teutonicorum

Teutonicorum et mortuus est in Prussia in paenitentia, quam
egerat post suum ejectum de Ordine, quia aliquibus temporibus habitu
sui ordinis deposito vagabatur in Mundo; frater autem suus Dominus
Bolko est Dux Monsterbergensis modernus.

De Incidentibus illius Temporis.

Anno Dni. M CCC XXXV. in die Simonis et Jude tam va,
Vis Ventorum. lidus sunt venti in Silesia et locis vicinis, ut subverteret multas
domus et in silvis extraheret arbores.

Anno Dni. M CCC XXXVII. venerunt Locuste maxime multitudinis
Locuste. per aëra volantes et in vias aliquando tante spissitudinis jacuerunt,
quod se ad equorum ungulas extenderent; et super quecumq; frumenta
descenderunt vel gramina omnia eorum messibus sunt consumpta.

A: M CCC XXXVII. in die Palmarum Joannes Rex Bohemie factus
Joannes Rex Bohemie fit Dominus Wratislaviensis. est Dominus Wratislaviensis, qui eandem habuit et donatione Henrici
VI. Ducis Wratisl. in odium fratris sui Boleslai Ducis Bregensis et
Lignicensis, qui eundem persequebatur.

Anno

G.

Anno videlicet notato A ccc xxxviij. rabies fames per
universum Orbis circulum subito supervenit, et nullus locus vel Patria
fuit exempta, qua talis fame rabiem non gustavit, taliterq; omnes secte
pro rabiei fame ut possent vivere, suos antiquos ordines corruperunt,
sic et in multis locis pro bladi superflua multitudine caritudine
data est licentia Christianis, quod in Quadragesima illius pessimi Anni
carnibus uterentur. Nam in omni loco terrarum Mensura frumenti
quasi xx.ti vel triginta solidos valere solebat in librorum numero
supervenit; et tanta fames rabies supervenit in omni loco terrarum,
quod multas radices ignotas causa rabiei pro comestione fodebant, quas
olim porci et animalia eritabant. Et hoc vidi et propter hoc testi-
monium perhibeo veritati. Canes quoq; et equi pre fame et multa
animalia perierunt, qui sui Patroni pro se ipsis non habebant.
Multi enim fame pre verecundia moriuntur. Nam ante comedebant
herbas et radices pro paupertate, ad quam et sui convicini minuam
pervenerunt; unde pro cibo inconsueto annihilatis eorum viribus

Fames magnaq; caritas annone.

velut

velut pecudes moriuntur, qui famem rabiei justam Dei sententiam
pessimus appellari; tunc enim corda divitum aliquorum non ad pietatem
proximi, sed pro avaritia magis in crudelitate permanebant patum
curando de Dei amore ac pro sui caritate.

Causa famis.

Ft. Dm. A ccc xlj. de Ungaria versus Poloniam venerunt in ma-
gna multitudine paenitentes transeuntes cum vexillis per terras et turmas,
et flagellis, que manibus deferebant, nonnunquam usq; ad effusionem sanguinis
se percusserunt; et quamvis per Dn. Pritzelaum Episcopum Vratislaviensem
primitus tolleratis fuissent, tandem postquam visum fuit illud in amarum
peditionem et enervationem Ecclesiastice potestatis, quia tanquam si habuissent
auctoritatem clericalem, a peccatis se motu absolvebant paenitentiam injungentes,
dictus Episcopus licentiam hujusmodi revocavit prohibens eos a tali
transitu, propter quod facti sunt sibi multi offensi. Transierunt et in
similibus turmis mulieres et virgines et usq; ad sedem Apostolicam
alqui pervenerunt, quibus per Papam fuit inhibitum, ne hoc facere
plus auderent. Et sic cessasse dicitur hic Tumultus.

Paenitentiarii ex Ungaria.

Ft.

A: Dni M ccc xlij. obiit inclitus Dux Boleslaus Silesiæ et Dn. Bregensis et Lignicensis. Hic Boleslaus fundavit Conventum Ordinis Fratrum Praedicatorum ibidem in Brega. Hic secundus est de Ducibus Silesiæ, qui se subiecit Regi Bohemiæ et factus est ejus vasallus, cum antea libere principabatur sub nullius degens Domino; cui successit Wenceslaus et Ludwicus filii ejus. Wenceslaus accepit in sortem Lignitz et Goltbergh, Ludwicus Bregam et Haynoviam at Lüben. Hic Ludwicus dictus est probus, cui vix in Ducibus Silesiæ erit illi comparandus, qui fundavit Ecclesiam collegiatam in Brega. Hic non exactionavit populum suum, sicut faciunt alii Duces.

Boleslaus Dux Bregensis et Lignicensis.

Ludwicus probus.

Eodem Anno in Festo Sti Stanislai in Rogationibus exusta fuit quasi tota civitas Wratislaviensis. Hic per quandam mulierem ad Stum Mauritium visus est Angelus Dei stare super Civitatem quasi vibrans gladium et mittens carbones igneos super illam.

Wratisl. exuritur.

Unde quidam: Annis millenis trecentenis quater decem bis
Monstrosis Signis Hanc urbem fulsit ignis
Nam fuit ingrata post crux Dei fillabicata.

Versus de incendio Wratislaviensi.

A:

A: Dni M ccc xliiij. die ultima Mensis Aprilis Ecclesia Pragensis fuit in Archiepiscopalem erecta ad Instantiam Joannis Regis Bohemiæ. Hic Joannes Rex motus verbis Episcopi Nemeri Wratisl. quibus nominando eum Regnum pro eo, quod non haberet Archiepiscopum, qui ipsum consecraret et ungeret, sicut caeteri Reges. Destinavit ad Romanam Curiam petens Ecclesiam suam erigi in Archiepiscopalem. Clemens igitur hujus nominis VI. erexit eandem Archiepiscopalem et Lutimislensem in Cathedralem; fuit autem tunc temporis Episcopus Pragensis Dn. Arnestus; A: Dni M ccc xliij. electus confirmatus et consecratus, cujus Episcopatus Anno secundo Ecclesia Pragensis Metropolitana facta est, qua olim Moguntina Ecclesia filia seu suffraganea existebat, à cujus subjectione per Dn. Clementem Papam erepta duas sibi mater effecta filiales seu suffraganeas Ecclesias Olomuczensem videlicet et Lutsimislensem est enixa. Postea vero ad instantiam Dni Caroli Imperatoris Quarti per Urbanum quintum

Archiepiscopatus Pragensis erigitur.

Archiepiscopo

Archiepiscopus Pragensis Legatus natus creatus est, cujus Legationi Ratisponensem, Bamborgensem, Wirtzenensem, Olmuzensem et Lutimisliensem Ecclesias, Episcopos, Clerum et Populum in perpetuum subdidit. Hic Reverendus Pater Arnestus de bonis suis matrimonialibus et etiam ad mensam Archiepiscopalem pertinentibus, cum consensu tamen Capituli sui fundavit, construxit et dotavit libris ornatis et possessionibus quatuor Monasteria Canonicorum Regularium de observantia, primum in Glatz, secundum in Jaromiz, tertium in Gatezka, quartum in Roskazano. De hoc venerabili Patre legitur, quod fuit natione Bohemus Arnesti militis; Infere totam vitam ejus cum miraculo, quod fecit circa sepulcrum ejus.

Templor et Monasteriorum in Bohemia fundatio.

De

De Ludwico Duce Silesiae et probitate ipsius et Fundatione Collegii Bregensis et Capellae.

Mortuo Duce Wenceslao Domino Lignicensi supra dicto haeredes sui, de quibus supra fit mentio in tutorem concorditer elegerunt Dominum Ludwicum Ducem Bregensem, qui sic eis praefuit et tam fidelter egit eorum negotia per VI. annos et citra, quod fuerunt in facultatibus aliqualiter emendati retinentes terras suas, quas sic credo alias perdidissent, et inhiberunt existens in Brega à Duce Bolkone Swidicensi praedicto plurimas sustinuit molestias et fatigas, qui et Dux Swidicensis post mortem suam donavit aemulis Ducibus Oppoliensibus Wladislao moderno nec non Bolkoni defuncto terras praedictas Ritzyni et Greutzeburgk, à quibus eas et Dux Ludwicus pro duobus Marcarum millibus liberavit et in proprietatem suam redegit, propter quod indignati Duces Oppolienses guerras moverunt sibi multa damna facientes; sed Dux Ludwicus ad se defendendum

Geratum

Exercitum congregavit et commissum est prelium prope Crowtesburg
Duci Ludwico sicut Deo placuit fortassis ad preces ejus et inter-
cessionem Patronorum suorum, quos specialiter venerabatur, victoriam
obtinente; Dux vero Ludwicus per Dei gratiam adhuc vivens, genit
Henricum. Hic Dn. Ludwicus specialem devotionem habens ad Sum
Johannem Baptistam Patronum Ecclesie Wratislaviensis et Beatam Hedwi-
gim quondam Duciissam Polonie, ad reverentiam et honorem ipsorum
pulcerrimam fundavit et dotavit in Brega collegiatam Ecclesiam
Canonicorum secularium et ibidem Manionarios omnes horas de
Bta decantantes diebus singulis deputavit. Decanus Ecclesie predicte
defert Mitram Episcopalem cum baculo Pastorali diebus solemnibus
et Privilegio Sedis Apostolice speciali. Retro etiam Dux Ludwic
Lubin in Castro Capellam pulcram, ubi rector principalis capitula
more Canonicorum utitur, instauravit reformans Castrum nec non
muniens opidum nibi muris, et etiam Castrum in Brega, quod
ruina in ejus adventu fuit minum desolatum, redimens insuper

Prelium prope Crentzburg.

Fundatio Bregensis Collegii.

Lubin exornatur et munitur.

Civitatem

Civitatem Bregensem cum multis debitis et obligationibus, quibus
per Patrem suum Bolesslaum Ducem prefatum ipsa fuit civitas involuta.
Hic Princeps pacem dilexit et misertor pauperum non permittens terram
ultra solitum depactari, propter quod et subditi dilexerunt eum.
Anno Karoli xx. mortuus est Bolko Dux Swidnicensis sine hare-
dibus sepultusq; in Monasterio Grisovicensi, post cujus mortem Ducatus
Swidnicensis ad Karolum Imperatorem et Bohemie Regem et ad Regnum
est devolutum cum omnibus suis pertinentiis et civitatibus, sic tamen
mortua prius Duciissa conjuge sua inclita Agnete, que fuit filia Ducis
Leopoldi Ducis Austrie, que terram et totum Dominium Swidnicense
habuit ad tempora vite.
Eodem Anno et inter cetera Wratislavienses, qui volentes contra li-
bertatem Ecclesie Wratisl. judicare homines Ecclesie pro contractibus
et delictis in eorum civitate, nec eos remittere ad Judicem Episcopalis
Curie, secuti fuerunt Imperatorem usq; Romam inducentes ipsum, ut
Papa supplicaret, quod hoc ipsis concederet; sed dum Papa hoc Impe-
tori denegaret, Imperator astutio mittit secrete ad Barnabonem, ut

De

de novo Ecclesiam et ejus Ligam diffidaret, quod et factum est. Unde Papa territus infestit Imperatori, ut ante recessum suum concordiam firmaret, et ob hoc optinit ipsum dare Bullam Imperatori contra Ecclesiam Wratislaviensem, sic tamen quamdiu placeret Imperatori familiares Canonicorum et homines Ecclesiæ per Judices seculares civitatis possent judicari.

Bulla contra Clerum Wratislaviensem.

De Obitu Kazimiri Regis Poloniæ et plura alia.

Anno igitur Imperii Karoli XXII. obiit Rex Poloniæ Kazimirus. Hic fuit Rex pacificus et largus et totus liberalis, nisi quod in estuose vixit. Karolus igitur Imperator satis anhelabat pro Regno Poloniæ, sed promissorum, quæ fecerat Regi Ungariæ Ludwico non fuit curus sibi usurpare Regnum Poloniæ, quod devolutum fuit ad Regem Ungariæ; Rex autem Ungariæ Ludwicus timens astutiam Imperatoris misit Wladislaum Ducem Opoliensem ad securitatem procurandam, qui Dux ordinavit, ut filius Imperatoris Sigismundus, quem

quem genuit de tertia uxore sua Elizabet, deberet ducere in uxorem Mariam filiam Regis Ungariæ; et sic pax fuit renovata et omnis mala suspicio ex utraq; parte deleta.

Hic autem Kazimirus Rex Poloniæ defunctus homo fuit suis temporibus providentiæ temporalis amavit pacem et in bonum statum Regnum Poloniæ reduxerat, libenter ædificavit Ecclesias et pro conservatione pacis reformavit Castra in Regni finibus constituta et fuit homo magnarum operum; et gravis, ut dictum est, fuit incontinens et voluptuosus, non tamen reliquit hæredes masculini sexus; stetit siquidem in conjugio multis temporibus cum filia Lantgrabii de Hassia, et ea tamen nullum suscepit filium.

Iste Kazimirus Rex in vita disposuerat sibi debere succedere Ludwicum Regem Ungariæ filium sororis sua, qui aliquanto tempore ambo gubernans Regna Ungariæ et Poloniæ et postea etiam sine hæredes masculini sexus decessit, relinquens duas filias seniorem Mariam Sigismundo Brandeburgensi Marchioni filio Domini Karoli Imperatoris predicti, quem genuit ex Dna Elizabet Imperatrice moderna, matrimonialiter desponsata

sponsata cum qua nonnulli eum referunt jam dormisse; reliquam
vero Hedwigim desponsatam filio Leopoldi Ducis Austriæ juniorem,
quæ quamvis ducta sit Cracoviam et habeatur velut Regina,
necdum tamen dicti Ducis Leopoldi filio alicui altori traditur
conjugio copulanda, propter quod pessime fecit Regnum, præsertim
cum ibidem non habetur Rex, Magnates et Nobiles sint discordes et
se invicem magnis rapinis et incendiis devastantes; et plures, sicut
fertur, non tendunt ad hoc, ut habeant Regem, ut bonis Regni uti
valeant et quasi liberius propriis usibus applicare; inde pauperes
opprimuntur, nec alicui redditur justitia, sed quilibet non secundum
rationem dirigitur, sed potius secundum motum propriæ voluntatis,
qui Wilhelmus expulsus de Regno nisi aufugisset, mortem crudelem
non evasisset. Tandem predictam Hedwigim Poloni miseri propter
munera tradiderunt cuidam Lithuano dicto Kechilko (Yagyelo)
qui propter Regnum factus Christianus et in Regem coronatus
vocatus Wladislaus et regnavit pluribus annis, cujus filii
Wladislaus et Kazimirus eidem post mortem successerunt in Regno.

Yagyelo

Sic gessit tritum bellum contra Prussos.

Anno

Anno Dni M ccc lxxvi. in nocte Dominica Palmarum, qua
fuit VIII. Nonas Aprilis obiit Pritislaus Episcopus Wratislaviensis.
Hic natus in die Gotsardi et eodem die revolutis annis electus et
etiam confirmatus. Nam sicut audivi ab ejus ore, cum adhuc esset par-
vulus mandavit sibi Mater, ut in magna reverentia haberet diem
Gotsardum, quia natus esset in ejus die sicuti pro certo multa sibi
bona ejusdem diei mensis reservari, propter quod et ipse, postquam pro-
motus esset in Episcopum, in magna devotione sanctum Gotsardum habuit,
et in ejus die duplex festum instituit celebrandum. Hic fortunatus
et felix fuit habundans rebus temporalibus, de quibus Ecclesiæ consan-
guineisque suis plurima bona fecit; omnes villas et possessiones, quas
habet Wratislaviensis Ecclesia et Episcopatus in Principum Dominiis
et districtibus omnibus libertavit; supremum jus, quod nonnulli vel
dicebantur eripiens de manu Laicorum. Hic retro Ecclesiam pulchram
Capellam in honore Beatæ Virginis gloriosæ retro Sorum Wratislaviensis
Ecclesiæ, ubi canuntur omnes horæ de Dna, fundavit, unde ad ejus
successionem plurimis aspirantibus Ecclesia tanto vacavit tempore,
ut

Pritislaus Episcopus supremum jus eripit Laicis.

ut longe post ejus obitum Episcopus non haberetur; sepultus
in jam dicta Capella solemniter.

Anno ij. Wenceslai in Diœcesi Wratisl. juxta Opidum Braunitz
Grando. cecidit in die Sti Jacobi grando ad magnitudinem pugni, qui plures
homines et animalia interfecit in Campis.

Anno iij. Wenceslai fuit expulsio Cleri in die Apostolorum Petri et
Pauli et inductu malorum consiliariorum et Civium Wratislaviensium,
Expulsio Cleri. Rex Wenceslaus invasit Ecclesiam Wratisl. Clerum spoliando et inde,
cibria perpetrando in Monasteriis et Ecclesiis.

De Translatione Wenceslai in Episcopum Wratislaviensem et Persecutione Cleri.

Anno igitur iiij. Regni Romanorum Wenceslai translatus est de
Ecclesia Lubucensi ad Ecclesiam Wratisl. Dn. Wenceslaus Dux Lugi,
censis et Episcopus Wratislaviensis xxj. Hic prorsus per Dn.
Papam Urbanum V. cum Amicis suis multas persecutiones sustinuit

a

a Dno Wenceslao Romanorum atq; Bohemiæ Rege, fortassis et
eo, quod ~~dictus Dn. Rex~~ hac consensu suo promotus extitit. Et
sciendum, quod dictus Dn. Rex Wenceslaus filius Dni Karoli Impe
ratoris prædicti, quem susceperat ex Domina Anna Henrici Ducis Saxoniæ
et Lubardæ filia Ducis Bulconis ultimi Swidnicensis.
Hic quidem Dn. Rex Wenceslaus duxit Uxorem Dominam Joannam
filiam Alberti Ducis Bavariæ Comitis Hollandiæ atq; Hanoniæ,
quam idem Dux susceperat ex Margaretha filia Ludovici Ducis Bregensis
supra dicti; quangram idem Dn. Rex fuerit et sit dicti Wenceslai
Episcopi ex patre consanguineus et ex uxore affinis, volens tamen potius
quendam de Duba in Wratislaviensem Episcopum fuisse promotum.
Multa damna intulit Ecclesiæ occasionem accipiens ex hoc, quod super
potatione cerevisiæ aliunde adductæ ad Civium Wratisl. nec non
nonnullis aliis libertatibus Ecclesiæ inter Canonicos ab una, et
Cives Wratisl. ex altera tunc temporis quæstio vertebatur.
Nam idem Dn. Rex Clerum permisit expelli ac eos nec non eorum
homines depredari commando Principibus, ne quenquam apud se
Wratisl.

Canonicos observarent propter quod fugati fuerunt hinc et inde, donec concordia tractaretur, quæ tamen proh dolor consumata fuit cum toto Ecclesiæ dispendio, quod difficulter recuperari potest multis temporibus affuturis. Nam Regis Consiliarii quilibet habent partem et tunicam, propter quod reditus Ecclesiæ obligati plures, et Episcopus supra dictus ad magnam devenit inopiam, ut etiam multis debitorum sit oneribus prægravatus. Deus parcat illis, qui causam hinc rei dederunt, sua misericordia faciat suam Eccle-siam, quæ quondam opulenta florui, à suis incommodis feliciter respirare, tribuatq; sapientiam et fortitudinem Episcopo, ut omni-bus debitorum depositis diutius vivens reformari possit perdictum cum salute.

De Incidentibus illius Temporis.

Eodem Anno Dux Brabantiæ moritur et Comitatus Lugel-burgensis ad Regem Bohemiæ devolvitur.
Anno quinto Rex Bohemiæ invasit Ecclesiam Wisegradensem et Pra-gensem.

Eodem

Eodem Anno Semovitus Dux Masoviæ post obitum Ludovici Regis Ungariæ ex inducta quorundam Polonorum cum adjutorio Ducis Conradi Olsnicensis et cujusdam Fautoris Prædonum Bartsweski de Wisenburgk invasit Regnum Poloniæ et obtinuit plura Castra in Cracovia sperans quod deberet coronari in Regem Poloniæ; sed Dux Sigismundus Marchio Brandeburgensis filius Karoli quarti prædicti gener Regis Ludovici missus in Poloniam per Regnum Ungariæ cum magno exercitu compescuit eum pacem faciendo.
Eodem Anno Gandavi bina vice pugnarunt et obtinent contra Dominum suum Comitem Flandriæ.
Eodem Anno in Mense Septembri Sigismundus Karoli filius Mar-chio Brandeburgensis obtinuit Regnum Ungariæ.
Anno septo Wenceslai Regis Almaniæ et Romanorum Cruciferi de Prussia post obitum Kystuti Generis Ducis Lituaniæ à juvenibus et novis Principibus Lituaniæ maxima damna perceperunt, quod interfecerunt Marschalcum Prussiæ cum mille armatis et expu-gnaverunt tria Castra.

H.

Ao

Anno sequenti Magister Prussiæ cum maximo Exercitu in æstate intravit Litpaniam, sed nihil profecit.

Eod. A. die Mensis Junii Marchio Sigismundus cum Exercitu intravit Ungariam, de qua prius propter negligentiam antiqua Regina fuit fugatus; videns ergo Regina constantiam Marchionis pro concordia et pace tradidit sibi filiam Mariam, qua tamen fuit Marchioni predicto vivente Patre desponsata, et Nupties fuit celebrata; ipse tamen Marchio fuit Juvenis dissolutus non conservavit gratiam Regina antiqua nec Magnatum terræ; ideo Regina occulte misit pro Karolo pacis Regi Apulie volens eum preficere Regno, qui in brevi fuit occisus in Buda, Marchio vero ante interfectionem Karoli fugerat in Bohemiam ad fratrem suum Regem Wenceslaum profectum.

Eod. A. Comes virtutum filius Galiatii de Mediolano captivavit Barnabonem patrum suum et socerum, quia compulsus

imperat

imperat filiam ejus neptem propriam, unde divino judicio incarceravit tyrannum, qui nec Dominum timuit nec homines.

Eodem Anno Ketkilko Dux Senior Litpaniæ à nobilibus et civibus Cracoviæ ordinatus in futurum Regem Poloniæ et repudiatus filius Leopoldi Ducis Austriæ, quem Hedwigis junior filia Regis Ungariæ et Regina Poloniæ duxerat in virum legitimum; sed per subordinationem Polonorum remissus fuit Patri suo et Ketkilko de Litpaniæ vocatus Cracoviam et baptizatus Wladislaus vocatus et in Regem Poloniæ coronatus, cui de novo misit Hedwigis Regina Poloniæ dicens se intactam à primo sibi copulato, qui fuerat puer 12. annorum.

Ketkilko yagyelo Princeps Lituaniæ fit Rex Poloniæ.

Eodem Anno cecidit grando juxta Swidnitz Wratisl. Processit Grando.
fuit ova columbarum.

Anno VIII. Wenceslai Regis Almaniæ Idem Rex Wenceslaus reconciliavit fratrem suum Sigismundum Regem Ungariæ antiquæ et renovatæ sunt Nupties, Pax et Amicitia.

A.

Ao. Dni M CCCC X. Regni Romanorum Ruperti XI. feria quinta post Invocavit captus fuit atq; supra Montem Sclepe abas Gotenberg. Ductus Dn Nicolaus Episcopus Abelonensis suffraganeus Wratislaviensis per Henricum Konow et Theodoricum Koringk et ab eo die fuit tentum interdictum in Diocesi Wratisl. usq; in diem Cœnæ Domini, quando dimissus fuit.

Capitz Episcopz.

Eodem Anno obiit Alexander Papa quintus, qui fuit Ordinis Minorum et eligitur à Collegio Cardinalium Baltazar de Cossa, et alterato nomine vocatus Joannes XIII.

Eodem Ao. factum fuit magnum prelium in Prussia, in quo prostrati fuerunt Prutenii cum ipsorum adjutoribus Silesitis, Bohemis, Livonensibus et aliis per Regem Poloniæ Wladislaum, qui adjutores habuit Regem Tartarorum, Wytholdum Ducem Lithuanorum et plures alios existente tunc Magistro Prussiæ Ulrico.

Prelium in Prussia.

Eod. Ao. Sacræ Theologiæ Professores Pragensis Universitatis videlicet Joannes Hehe, Albertus Engelhaal, Andreas de Brada et Frater Hermannus de Sto Thoma Ordinis Sti Augustini, neq; Doctores Juris Canonici Libros Wycleff scilicet Dyalogum, Trialogum, Tractatum de Corpore Christi majorem et minorem; it. de Incarnatione, de Trinitate, de yideis, de hypotheticis; it. de verbalibus, realibus, de Synonima, de fratribus Jacobis et malis; it. de probationibus propositionum; it. de attributis; it. de individuatione, de materia et forma, de domo civili, it. super Evangelia sermones per circulum Anni, concesserunt et diligenter examinaverunt, dicentes eos in se manifestas hæreses continere; pro tanto Dn Sbinco Pragensis Ecclesiæ Archiepiscopus fretus consilio supra dictorum Doctorum ac Capituli Pragensis aliorumq; Prælatorum prefatos Libros Wycleff feria secunda post Festum Viti in Synodo in Curia sua Archiepiscopali ibidem multitudine copiosa congregata condemnavit, qui libri tandem feria quarta proxime post Divisionem Apostolorum hora tertia in loco condemnationis prefato sunt omnes incinerati et combusti, cui condemnationi fex Magistri Artium se opposuerunt volentes defendere Libros Wycleff

Libri Wicleffi condemnantur.

infra

infra scriptos: Joannes, de Trmtafe;
Jacobus de Nisa Decalogum;
Simon de Tyznaw de Probationibus Propositionum;
Procopius de Pisna de Ideis;
Stiflaus de Swecia de universalibus, realibus;
et Joannes de Gicin de materia et forma.

De Appellatione Joannis Hus Haereseiarcha et ejus Citatione.

A. Dni. M cccc xij. Regni Ruperti xij. et Wenceslai xxxij. Legatus et Cardinalis tit. Sti Angeli in die Sti Lucae Evange, lista venit Pragam, ubi celebravit Synodum, in quo citavit Joannem Hus, ut compareret Romae de haeresi responsurus; Joannes autem Hus appellavit infra eandem Synodum ad Dominum omnipotentem contra Processus dicti Cardinalis et affixa in Valva pontis Pragensis, et in aliis quampluribus locis.

Tenor

Tenor autem Appellationis talis est:

Joh. Hus Appellatio ad Deum omnipotentem Prage affixa.

Qui Deus omnipotens unus in essentia, trinus in personis oppressorum est primum et ultimum refugium et Domine custodiens veritatem in saeculum faciens judicium injuriam patientibus, prope existens omnibus invocantibus eum in veritate, solvens compeditos voluntatem timentium se faciens et custodiens omnes diligentes se et disperdens omnes incorrigibiles peccatores, et Christus Jesus verus Deus et verus Homo in angustia à Pontificibus, Scribis et Pharisaeis Sacerdotibus iniquis judicibus et testibus circumdatus per mortem gravissimam et turpissimam à damnatione perpetua electos ante Mundi constitutionem Dei filios volens redimere, hoc praestantissimum exemplum reliquit in memoriam suis fidelibus, ut causam suam omnipotenti, omnisciente et omne bonum volenti Domino committerent dicens: Vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus, qui tu es adjutor et susceptor meus, tu Domine demonstrasti mihi

et cognovi, tu ostendisti mihi studia eorum et ego quasi agnus,
qui portatur ad victimam et non cognovi, quia super me cogitave,
runt consilia dicentes: Mittamus lignum in panem ejus et era,
damus eum de terra viventium et nomen ejus non memoretur am,
plius; Tu autem Domine Sabaoth, qui judicas juste et probas renes
et corda, videam ultionem tuam ex eis, tibi enim revelam causam
meam, quia multiplicati sunt, qui tribulant me et consilium fece,
runt in eum dicentes: Deus dereliquit eum persequimini eum
et comprehendite eum, quia non est, qui liberet eum. Vide ergo et
considera, quia tu es patientia mea, eripe me de inimicis meis,
Deus meus es, ne discesseris à me, quoniam tribulatio proxima
est, et non est, qui adjuvet. Deus Deus meus respice in me,
quare me dereliquisti, quoniam circumdederunt me canes multi,
consilium malignantium obsedit me, locuti sunt adversum me
lingua dolosa et sermonibus odii circumdederunt me et expu,
gnaverunt me gratis; pro eo, ut me diligerent detrahebant

mihi

mihi et posuerunt adversum me mala pro bonis et odium
pro dilectione mea. Ecce isti sanctissimo et fructuosissimo invitus
Redemptoris exemplo ab oppressione graui, in qua sententia et excom,
municatione pretensa Pontifici Scribarum et Pharisaorum et Judicum
in cathedra Moysi sedentium Deum appello, committens sibi causam meam
Salvatoris nostri Jesu Christi sequens vestigia, sicuti sanctus et magnus
Patriarcha Constantinopolitanus Chrysostomus Joannes à duplici
Episcoporum et Clericorum Concilio, et beatus in spe Episcopus
Andreas Pragensis et Robertus Nicolmensis Ep̃us à Papa
ad supremum et justissimum Judicem, qui nec timore concutitur
nec amore flectitur, nec munere curvatur, nec falsis decipitur
testibus injuriose oppressi similiter et salubriter appellaverunt,
optoq; ut omnes Christi fideles et presertim Principes et Ba,
rones, Milites, Clientes et ceteri Regni nostri Bohemiæ Incolæ
fiant et compatiantur mihi per excomunicationem pretensam

oppresso

oppresso tam graviter acquisitam specialiter per instigatorem
et adversarium meum Michaelem de causis quondam Plebani
Ecclesiæ Sti Adalberti in nova civitate Pragensi de consensu et
et consilio Canonicorum Pragensium Ecclesiæ et datam et fulmina,
tam per Petrum Sti Angeli Romanæ Ecclesiæ Diaconum Cardina,
lem deputatum Judicem per Romanum Pontificem Joannem XXIII.
qui fere per duos Annos nullam voluit meis Advocatis dare
et Procuratoribus audientiam, quæ non debet et Judæis et
Hæretico denegari, nec voluit cuiquam rationabili excusationi
de non comparitione personali acquiescere, vel Universitatis
Studii Pragensis testimonia cum præcedente Sigillo et attesta,
tione publicorum Notariorum ad Testimonium vocatorum
pietate paterna benigniter acceptare; unde manifestum est
non incurrisse me notam contumaciæ, cum non ex contemptu,
sed ex causis rationabilibus citatus in Curia Romana

nor

non comparui, tum quia aliena in fide undique posita sunt
nisi in itinere, tum quia aliena me fecerunt pericula cautum
Magistrorum Stanislai et Stephani Paretes spoliato et incarcerato,
qui in Bononia pecuniis et aliis rebus volentes citati compa,
rere, spoliati sunt incarcerati turpiter et tractati tanquam male,
fici, nulla penitus audientia precedente, tum et quia mei
Procuratores voluerunt se ad pœnam ignis cum quounque volente
contra me opponere ac partem se ponere in Romana Curia obli,
gare, tum et quia meum Procuratorem legitimum incarceraverunt
in præfata Curia nulla culpa, ut æstimo, exigente; cum igitur
omnium Jurium antiquorum tam Divinorum veteris et novi
Testamenti, quam Canonum existat dispositio, quod Judices loca
visitant, ubi dicitur crimen commissum, ibique inquirunt contra
accusatum vel infamatum objectionem criminis ab illis qui ac,
cusati ex conversatione habent notitiam, quique non sunt malivoli
emuli

Iusta excusatio Jos. Hus.

emuli vel inimici accusati vel delati homines, frigis horrefacti non
criminatores, sed Legis Jesu Christi fervidi zelatores, dengs quod citatus
vel accusatus idoneus et securus loci pateat aditus et Judex non sit
una cum testibus inimicus ipsius. Manifestum est, quod ipsis conditio,
nibus mihi ad comparitionem deficientibus pro vita servanda hinc
coram Deo à contumacia et excommunicatione premissa excusatus Ego
Joannes de Hussenitz Magister in artibus et S. Theologiæ Baccal.
formatus Alme Universitatis Studii Pragensis Presbyter et Prædi,
cator confirmatus ad Capellam nuncupatam Betsleem, hanc ap,
pellationem offero Jesu Christo Domino Judici justissimo, qui noscit,
protegit et judicat et manifestat et permittit indefectibiliter
cujuslibet hominis justam causam.

Excusatio Jos. Hus.

Anno tertio Sigismundi citatus ad Concilium Constantiense Jo,
hannes Hus interrogatus an Articulos haereticos vellet defendere
aut confiteri, quos predicavit et docuit in Regno Boemiæ,

qui

qui Magister Hus hebdomadi determinationem facti Concilii per Cedulam
ita scriptam: Ego Jos. Hus in Jesu Sacerdos Jesu Christi timens
Deum offendere et timens incidere periurium, nolo abjurare Articulos
omnes et quemlibet ex illis, qui per falsos Testes in attestationibus pro,
ducti sunt contra me, quia Deo teste non predicavi, nec asserui, nec
eos defendi, sicut dixerunt me eos defendisse, predicasse et asseruisse.
Item de Articulis extractis de meis libellis saltem, qui sunt debite
extracti, dico, quod quorum ex illis includit aliquem falsum sensum,
illum detestor, sed timens offendere in veritate et contra sanctorum Sen,
tentiam non quemlibet eorum nolo abjurare, et si possibile esset
quod toti Mundo nunc mea vox pateret, sicut omne mendacium
et omne meum peccatum in die Judicii patebit, libentissime
omnem falsitatem et omnem errorem, quem numquam ad dicendum
contexerim vel dixerim coram toto Mundo revocarem; Ista dico et
scribo libere et voluntarie; tunc Sacro Sancta Synodus pronunciat
eum Johannem Hus esse haereticum et omnes suos Articulos

esse

esse piorum aurium offensivos, profert diffinitivam Sententiam et de-
clarat dictum Johannem Huss fuisse et esse verum haereticum, ipsi-
usque haereses et errores ab Ecclesia Dei diutius damnatos et ipsos pre-
ditasse in non modicam offensam divinae Majestatis et universalis Ec-
clesiae damnum; idcirco propter premissa et alia plura praedictum Johan-
nem Huss haereticum fuisse hac sancta Synodus pronunciat et tanquam
haereticum judicandum et condemnandum fore et condemnat per presentes;
verum quia hac sancta Synodus vidit et audit et cognoscit Johannem
Huss pertinacem et incorrigibilem et adeo .... quod non cupit
ad gremium sanctae Matris Ecclesiae redire nec haereses et errores
abjurare, idcirco hoc sacrum Concilium eundem Johannem Huss
ab Ordine sacerdotali et aliis ordinibus, quibus existit insignitus,
deponendum et degradandum fore declarat et decernit.

Eodem tamen in publica Sessione sacri Concilii interrogatus Jo-
annes Huss, an vellet abjurare Articulos, quos confitetur et
qui sunt in Libris suis et manu sua propria scripsi et illos
qui sunt probati per testes, quos non negat se dogmatisare, qui
tamen

tamen probantur per testes, an vellet abjurare, quod eos non
teneret nec tenebat, sed simul cum Ecclesia vult tenere; quibus
respondit: Ego volo stare in eo, quod scripsi manu mea propria in
praecedenti parte; et factis sibi multis suasionibus ut abjuraret,
tandem persistit in suo proposito premisso, quod millies vellet com-
buri, quam abjurare, quia in ejus abjuratione generetur scandalum
illis, quos docuit. Tunc sancti Patres videntes suam obstinationem
processerunt ad degradationem et quod judicio seculari tradere posset
ipsum Johannem Huss degradarunt legentes verba ad hoc ordinata;
deinde amoventes ab eo tanquam ab indigno et calicem cum casula
et stolam tondendo sibi crines et simpliciter amovendo ab eo omnia
sacerdotalia et clericalia, quibus factis Curia seculari ipsum re-
cepit et adduxerunt ad locum justitiae et eum cremaverunt.

Anno sequenti Jeronymus de Praga Magister artium citatus ad
Concilium accusatus et delatus de haeresi, qui per Concilium mer-
cetus, ut redeat ad gremium sanctae Matris Ecclesiae et fidei
orthodoxae

minorem proponeret est admonitus, qui proponit in publica sessione
revocare omnem Haresim, quam incidisset ex collationibus, sermonibus
et sequela Joannis Witleff propter Haresim combustum per dictum
Concilium et protestatus fuisse, prout in quadam cedula pergamen
nam ipsius Magistri Hieronym conscripta, quam tunc de verbo ver,
legit: Ego Hieronymus de Praga liberalium Magister cognoscens
veram catholicam et Apostolicam fidem, anathematizo omnem Haresim
praecipue eam, de qua hactenus infamatus fui, et quam pre ceteris
temporibus dogmatizaverunt et tenuerunt Joannes Hus et Wicleff
in suis Epistolis et Libellis seu Sermonibus ad Clerum et ad populum,
propter quam causam praedicti cum suis dogmatibus ac erroribus damnati
sunt ab hac sententia sancta Constantiensi Synodo tanquam haeretici,
et ipsorum doctrina praedicta similiter damnata, maxime nonnullis
Articulis expressis in Sententiis per hoc sacrum Concilium contra
ipsos latis; insuper juro per sanctam Trinitatem et per hoc
sacro sancta Evangelia me in veritate Ecclesiae Catholicae semper
et sine dubio permansurum et omnes qui contra hanc fidem venerunt
cum

Ementita Hieronymi de Praga revocatio.

cum dogmatibus suis aeterno anathemate dignos esse promitto,
et si ego ipse aliquando, quod absit, aliquid contra sentire aut pre,
dicare praesumpsero Canonum . . . subjacian et aeternae panae obli,
gatus inveniar; et hanc confessionis et professionis meae paginam coram
hoc sacro Concilio generali libere et voluntarie porrigo et eidem me
propria manu subscripsi.

Eodem Anno combustus est Magister Jeronymus de Praga, quia con,
victus de Haresi et in eandem . . . . propter quod sacrum Concilium
damnavit eundem et tradidit judicio seculari.

Anno sexto Sigismundi in die 6ti Arnolphi, quae fuit feria secunda
post Dedicationem Ecclesiae Sta Elizabeth Communitas Civitatis Wratisl.
magno cum impetu irruit super Consules Praetorium violenter ape,
riendo et sex de Consulatu decapitantes et septem de Turri Praetorii
praecipitantes.

Sorit ignobile vulgus Wratisl.

De

De Acquisitione Ducum Silesiæ et Principatum eorundem per Joannem Regem Bohemiæ in Vasallagium perpetuum.

Præterea Anno Dni M CCC XXVII. in Octava Sti Joannis Bapt^ae Joannes Bohemorum Rex in Regnum suum revertitur, et eo ibidem existente inter Boleslaum, Henricum et Wladislaum Duces Silesiæ grandis est orta dissensio et talis, quod alter ad alterius procurandum destructionem dissensionis andelaret. Erat enim Ducum dictorum fratrum talis dissensio: Boleslaus qui soroem Regina Bohemiæ Elizabeth uxorem habuit nomine Margaretham pro parte sua Bregensem et alias civitates et castra ejusdem Districtus possedit. Hic Boleslaus ex dicta uxore sua filia quondam Wenceslai Regis Bohemiæ duos habebat filios Wenceslaum et Ludwicum; Alter vero frater Henricus civitates Wratislaviensem et Novoforum, sem cum suis Districtibus possidebat; Tertius Wladislaus civitatem Lignicensem et ejus territorium cum suis pertinentiis obtinebat.

Genealogia Ducum Silesiæ.

Senior

Senior itaq; frater Boleslaus Wladislaum minorem fratrem suum sub spe obtinendi paternæ portionis sua ad Clericatum induxit, qui usq; ad Diaconatus ordinem est promotus; deinde Henricum secundum fratrem ex eo, quod propter sterilitatem uxoris sua sororis Austriæ Boleslai astutia Ducum masculina prole carebat, multum oppressit, considerangq; se ad fratrem versus ad debitum non posse tueri, Joannem Bohemiæ Regem accessit, secumq; Tractatus tales init, ut ipsa Tractata quondam Henrici Ducis Wratisl. patrui patris sui sibi Civitatem et Districtum Glatzensem ad vita omnipot tempora deputaret, et Joannes Rex Bohemiæ post mortem ejusdem Henrici Ducatum Wratislaviensem et ejus civitates atq; provinciam pro se, Regno et Corona Bohemiæ in perpetuum obtineret; quos Tractatus Rex Joannes gratanter acceptans sibi civitatem et Districtum Glacensem cum omnibus pertinentiis assignavit, et vice versa Henricus præfatus Regem Joannem per fidelitatem omagia tam Nobilium, quam Civium

Civitatum

Civitatum et Districtum predictorum secum reduxit in pra-
missis; et Rex predictus Joannes hoc quondam tempore Rudolphi
Romanorum Regis per Wenceslaum olim Boemiæ Regem super devolutione
Ducatus Wratisl. in tractatibus conceptum extiterat, et postea mortuo
Henrico pro tunc Duce Wratisl. sine liberis per Henricum cognomin-
tum ventosum patrum suum patrem predictorum Bolesłai, Henrici
et Wladislai, qui se de dicto Ducatu Wratisl. de facto intromiserat,
ipsumq; ad Haeredes suos predictos, licet praeter debitum et jus deduxe-
rat, pro tunc ad effectum produxit; insuper post aliquot Annos
intervenientibus Tractatibus Bregens. et Lignitzens. Ducatuum
Regni Boemiæ magnifice dixerit, prout in Literis desuper datis
per eos et confectis, postea vero suo loco patebit.

De Vasallagiis aliis insignibus Regno et Coronæ
Boemiæ applicatis per Joannem Regem predictum.

Praefatus itaq; Joannes Rex Boemiæ eodem Anno videlicet
An ccc xxvij. omnes alios subscriptos Duces de novo suos
Regni

Regni et Coronæ Boemiæ vasallos haereditarios effecit, prout in
subscriptis Literis eorundem Ducum apparet, quorum tenores sequuntur
inferius.

Litera Vasallagii Ducis Opuliensis. An: 1327.

Nos Bolesłaus Dei gratia Dux Opuliensis recognoscimus tenore
praesentium et fatemur, nos esse principem et vasallum Magnifici Domini
nostri Joannis Boemiæ ac Poloniæ Regis et Lucemburgensis Comitis
et ab eo Terram nostram Opuliensem cum civitate Opul et Castro
cum civitate Gosenbergh et Castro, Castrum cum oppidis, villis, hominibus,
vasallis et omagiis ad ipsos et ad ipsam spectantibus cum aliis per-
tinentiis suis universis, in quibuscumq; consistunt, quas et quae nunc
habemus et in posterum summo habituri, quae ad Regnum Boemiæ
dinoscuntur pertinere haeredum et successorum nostrorum Ducum Opuliens.
nomine recepisse in feudo et ab ipso possidere jure et titulo feudali,
volentes et decernentes, quod haeredes et Successores nostri Opuliens.
memorati à Dno Rege nostro haeredibus et successoribus suis Re-
gibus Boemiæ praelibatis praefatam terram nostram, quandocumq; cum

eam per mortem alicujus Ducis ibidem vacare contingerit, in feudo recipere semper denceps debeant et habere et facto sibi pro servando debita fidelitatis omagio sicut et nos nunc spontanea et libera voluntate fecimus ei vel eis tanquam ejus vel eorum Princeps Vasalli sincera fide semper intendere debeant et parere. In cujus rei testimonium presentes literas fieri et sigillo nostro jussimus communiri. Datum Wratislavie Anno Dni millesimo trecentesimo vigesimo septimo, in die Palmarum.

Litera Vasallagii Ducis Wladislai Cosslensis.

Simili tenore habetur Litera à Wladislao Duce Cosslensi super Terram Cosslensem nec non Civitatibus Casslaportum, Peysencstretezem atq; Castris, videlicet Tost et Glawatin, cum villis, hominibus, vasallis et militibus. Datum in Oppavia An. Dni. M ccc xxvij. xj. Kalendas Martii.

Littera

Littera Vasallagii Ducis Joannis Oswitiensis.

Nos Joannes Dei gratia Dux Oswitiensis et Scolasticus Cracoriensis recognoscimus, ut supra, et ab eo terram Oswitiensem cum suis Civitatibus et Castris videlicet Oswitinum Civitatem cum Castro Zator, Civitatem Kantzipta, Wadowitz et Spitkowitz opidis etiam cum villis. Datum in Witzim Anno quo supra vj. Kal. Martii.

Litera Vasallagii Ducis Teschiensis.

Item à Domino Kazimiro Duce Teschinensi habetur similis super Civitatibus et Castris videlicet Teschin civitate cum Castro, Vreyenstadt et Beltz civitatibus et Zedorschow et Jonitz opidis cum municionibus et castro Ostravia cum earum villis, ut supra. Datum in Oppavia An. xij. Kal. Martii.

Oppaviensis Ducis.

Item à Domino Bolkone Duce Oppaviensi et Dno in Fal-

Kenberk

habetur similis super Civitatibus Falkenberch, Glogovia minor et Cultz nec non opido Strzelitz cum munitione ibidem et Pramsyn munitione cum earum villis, ut supra. Datum Oppavie Anno xcij. Kal. Martii.

De ulterioribus Joannis Regis Boemie Successoribus.

His itaq; sic peractis predictus Joannes Rex Boemie in Regno suo facta disponens in die Sti Barnabe Apostoli versus partes Reni recessit; Deinde A: Dni M ccc XXXVIIII: Ludwicus Bavarus ab Ecclesia reprobatus Rome de Conventu Romanorum per Episcopum Venetorum, qui se temeritate sua propria Cardinalem Ostiensem reputare et nominare præsumpsit, in fictitium Imperatorem consecratus est. Nam idem Bavarus una cum Romanis sibi adherentibus plures Cardinales temerarios elegi et institui procurauit, qui postea lapsu temporis

Alium Papatum Dux Bavarie instituit.

quendam

quendam Petrum de Corbara suum elegerunt in Papam. Nam per eundem Antipapam hosce factitios Cardinales inductione dicti Ludwici Bavarie ex Rebellione, quam adversus sanctam Ecclesiam Catholicam præsumptuosis sinibus suis instauraverant, multa in Ecclesia eadem Dei et principaliter partibus Italie scandala committuntur.

Eodem etiam Anno Margaretha primogenita filia Regis Boemie in Bavariam per Henricum Ducem Bavarie maritum ejus transmittitur.

Eodem etiam Anno Carolus Rex Francie moritur sine heredibus masculinis, postquam Philippus filius Caroli quondam Comitis Valesie, tanquam heres propinquior Francie Rex effectus est, cujus sororem Blancham nomine Carolus primogenitus Joannis Regis Boemie duxit in uxorem.

His etiam temporibus Philippus Rex Francie Joannis Boemie Regis hostilitus auxilio Flandrenses bello devicit.

Hoc

Hoc etiam Anno Praedictus Joannes Boemiae Rex de Du-
catu Lutzemburgensi Boeniam reversus in Mense Augusto adver-
sus Fredericum et Fratres hos Duces Austriae guerras movit,
et cum maxima potentia armatorum Austriam ingreditur, ipsam-
que Danubium circumque vastavit et destruxit ac infra breve
spatium castra et munitiones quamplurimas Rex Boemiae victo-
riose acquirit, nec Duces Austriae sua poterant resistere potentiae
quovis modo, sed cum maximis laborum tractatibus postea post
percepta damna vix concordiam humilem sunt adepti; sicque Rex
ipse solemni fietus victoria XV. Kalas Decembris suam gaudenter
reversus est Pragam eorum in urbem.

Bellum in Austria.

Post hac VI. die Decembris cum maxima multitudine Bella-
torum Prussiam progreditur et interiores Litwanorum infide-
lium terras integras intras plura eorum castra violenter ac-
quirit et diruit, innumeros infideles interficit et etiam
tria milia circa capitatem construxit, Prussiam secum
adduxit

Bellum in Prussia et Litwania.

adduxit et procurat singulos baptizari, ac post multos
actus magnificos, quibus Deus omnipotens eum specialiter do-
navit revertitur ad propria. Praterea dum in civitate sua
Wratislviensi moram traheret, subscriptos Duces et eorum Ducatus
sibi, Regno et Coronae Boemiae in vasallos et in vasallagia
in perpetuum applicavit, prout in scriptis Privilegiis continetur,
quae facta sunt Anno Dni M CCC XXIX.

De Vasallagio Ducis Stynaviae.

Nos Joannes Dei gratia Dux Slesiae et Dominus Stynaviae
ad universorum notitiam tenore presentium volumus pervenire,
quod nos deliberatione matura et consilio diligenti praehabito
favore quoque consensu fidelium et amicorum nostrorum expressis,
nostram, Principaliter Dominium, Civitatum et terarum nostrarum
subscriptarum, attendentes profectum in antea et commodum, ipsas

Terras,

Terras civitates nostras cum castris eis adjacentibus et
bona nostra alia quaecunq; possidemus in presenti vel possessuri
seu habituri sumus, disponente Domino in futuro cum omnibus
suis juribus, libertatibus et Dominio, quibus à nostris ad nos
pervenerunt praedecessoribus ex eo, quod Magnificum Principem Do-
minum nostrum charissimum Dominum Joannem Boëmiae et Poloniae
Regem ac Comitem Luczenburgensem post sibi Ducatus et Terra
Wratislaviensis dominium inferendo damna ipsius Ducatus et
Territorii districtui ac hominibus dinoscitur perturbasse, in manus
Regis ipsius sponte et libere nostro haeredum et successorum no-
strorum nomine resignantes, ut nullam contra nos in antea de
excessibus retroactis per Regem suum aut alium suo nomine
instauretur judicium vel proferatur sententia à Rege praedicto
haeredum ac successorum suorum nomine in Feudum perpetuum
recipimus, promittentes nostro haeredum ac successorum nostrorum
praefa-

praefatorum nomine sibi haeredibus ac successoribus suis Boëmiae
Regibus antedictis de caetero de Terris de Civitatibus, Castris et
bonis nostris supradictis tanquam veris nostris Dominis intendere
fidelter et parere obedientiam et fidem ipsis debitas exhibendo.
In quorum Testimonium presens. Datum Wratislaviae Anno Domini
M CCC XXIX. Tertio Kal. Maji.

De Litera Vasallagii Ducis Conradi Oswicensis.

In Nomine Domini Amen.

Noverint universi tam praesentes quam posteri Notitiam praesen-
tium aut copiam habituri, quod nos Conradus Dei gratia Dux
Glesiae Glogoviae ac Dominus in Oswna ad specialis amoris affectum,
quem erga Magnifici Principis Domini Joannis Boëmiae et Polo-
niae Regis ac Luczenburgensis Comitis Domini nostri charissimi
gerimus celsitudinem, habito nobis cum amicis nostris et fidelibus
nostris consilio diligenti et deliberatione matura accedentibus
favore

favore et consensu eorundem expressis ad subscripta bonum
nostrum principaliter, consequenter autem fidelium nostrorum Civitatum,
Oppidorum, Dominium et bonorum nostrorum omnium infra scriptorum
comodum statumq; in antea pacificum perpendentes, Princeps et Va-
sallus suus Haeredum et Successorum suorum Bohemiae Regum ac
ipsius Regni Bohemiae in perpetuum fieri et fore decernimus,
omnia et singula bona nostra sub eisdem libertatibus et juribus,
quibus à Praedecessoribus nostris ad nos pervenisse noscuntur, omnes
terras nostras, quas ad praesens possidemus vel possidebimus quo-
cunq; titulo in futuro tam citra, quam ultra fluvium, qui
Odra dicitur cum Civitatibus Ostra, Warstenbergk, Milich,
Trebnitz, Traesenburgk, Wolaw, Lubest, Wynczk, Hercafstadt
et Castris eis adjacentibus cum aliis Plotzk, Prusnitz, Sande,
vel, cum omnibus suis Stipendiis, Dominiis, Villis, Allodiis,
Feudis, Feudalibus, Nobilibus et Plebeis, Juribus, Redditibus,

Proven,

Proventibus et utilitatibus eorundem quocunq; vocentur nomine
vel in quibuscunq; consistant nostro, Haeredum et Successorum nostrorum
Silesiae, Glogoviae Ducum et Dominorum Ostricens. in Regio
ipsius manibus sponte et libere resignantes, ab eo in Feudum reci-
pimus perpetuum, factoq; sibi per nos fidelitatis debitae Omagio
praestito corporali insilomnius Juramento ipsi Regi, Haeredibus et
Successoribus suis praedictis, tanquam veris Dominis nostris veluti
Princeps et Vasallus eorum ac Regni Bohemiae antedicti, parere
deinceps promptimus et intendere in eisdem, et contra quemlibet
Principem et Dominum ipsos pro viribus fideliter adjuvare teneri,
vata nobis aedificandi et construendi munitiones novas in Terris
et bonis nostris praemissis et destruendi veteres, ubicunq; et
quandocunq; videbitur nobis pro nostro, terarum praedictarum et
Dominium nostrorum comodo expedire libera facultate, volentes et

similiter

statuentes, ut si forte nos, haeredes et successores nostri sublati de medio fuerimus haeredibus legitimis masculinis non relictis, ex tunc jam dicta bona nostra, terra, civitates et opida cum omnibus suis pertinentiis ut praedictum ad nostros fratres Principes illustres Dominum videlicet Henricum Ducem Silesiae, Glogoviae Sagaensemque Dominum, ac Dominum Joannem Ducem Silesiae et Glogoviae Dominum Stynaviae haeredesque suos masculinos, si quos reliquerint; si autem nullos post se masculos legitimos reliquerint, ad Regem Boemiae praedictum libere et haereditarie debeant pertinere; hoc tamen adjiciendum duximus nominatim, quod si nos ipsi haeredes vel successores nostri praefati cum clericis vel civibus, rusticis vel judaeis nostris aliquid causa contradictionis vel judicii instaverimus, de eo et de hujusmodi Rex et Successores sui praedicti nobis haeredibus vel successoribus superstitibus nostris intromittere se non debeant modo quovis; si vel Nobiles vel fideles terrarum nostrarum subscriptarum debitam per nos, Haeredes

Haeredes vel Successores nostros de suis conditionibus et causis nobis meris, de quibus justa Literarum Regalium datam nobis continentiam subire tenemur et facere judicium, assequi non possint justitiam, Regem, Haeredes et Successores suos praenotatos adire poterunt libere querelas ipsorum proponere et defectus, Nosque haeredes et successores nostri praedicti citati ibidem coram Rege videlicet haeredibus et successoribus suis Boemiae Regibus, ubicunque Boemia fuerit aut Polonia coram altero vero Principe per eos ad hoc Judice deputato stati tenebuntur in Terra Wratislaviensi duntaxat judicium facere et subire, de nobis haeredibus vel successoribus nostris conquerentibus quibuslibet justitiae complementum, illud insuper specifice duximus exprimendum; quod si forsasse Nos, Haeredes aut Successores gravitas aut inopia debitis aut alia causa rationali aliquam Territorii et Dominii aliquando de nostris vendere vel obligare contingeret Munitiones Principi vel aequali vel alteri Regno Boemiae competenti vel etiam Territorium non haeredi

Fideli

vel Vasallo nostro, et tunc Munitionem eandem sive territo-
rium habeat et Dominium sive non vendendum aut obligandum
ipsis Regi Haeredibus et Successoribus suis Boëmiae Regibus
exhibere pro caeteris debeamus, quod si ipsam emere vel impigno-
rare recipere voluerint Princeps ipse Munitionem praedictam Ter-
ritorium videlicet habentem, emere aut in pignore tenere in
feudum ipsam recipere tenebitur ab eisdem, ipsisque tanquam veris
suis Dominis servire, parere et intendere de eadem; alter vero
non Princeps vel in pignore tenens Munitionem nostram, Terri-
torium aut Dominium, ut praedicitur, non habentem, à nobis,
haeredibus et successoribus nostris eam in feudum recipiet, hoc
adjecto, quod Rex, Haeredes aut Successores sui antedicti Mu-
nitiones supradictas pro Summa eadem, pro qua obligatae fue-
runt vel venditae, redimere valent, quando velint; Illud etiam
praeterire volumus, quod si Rex, Haeredes aut Successores
sui

sui nos vel Successores nostros in adjutorium per nos
praestandum ad partes alienas extra Boëmiam aut Poloniam ev-
caverint subventionem nobis debitam ne feritis, injuriis aut
intolerabilibus praegravemus facere teneantur. In quorum omnium
testimonium praesentes Literas fieri et Sigilli nostri numine
jussimus communiri. Datum et actum Vratislaviae Anno Dni
MCCCXXIX. Septo Idus Maji.

De Litera Vasallagii Ducis Conradi Oससिनेन्सिस.

In Nomine Domini Amen. Noverint universi tam praesentes
quam futuri praesentium notitiam aut copiam habituri, quod ego
nos Henricus Dei gratia Dux Silesiae et Glogoviae ac Dni
Saganensis ob specialis amoris affectum ss ut in praecedenti
Ducis Conradi Litera consimilis tenoris per omnia, mutatis solum
Civitatibus et Castris, videlicet Sagano, Freystadt, Sprotau,
Grünbergh, Krossen, Nuenburgh, Vartenbergh, Melwitz, Puna,
Pelzyrberg,

Czulesaw, Schrybosch, Lubrow, Putnitz, Benischitz, Cozynitz
Grandatendorff, Necla, Babirnüst, Prenemnd, Przybrow, Trebecsow,
cum cæteris fortalitiis et municionibus nostris omnibus Appendiis,
usq; ad finem mutatis mutandis. Ut Dni ut supra Feria tertia
proxima post Dominicam Misericord. Domini.

De Pueribus Slesia, qualiter se Joanni caco Bohemie Regi subdiderunt clarius et enucleatius.

Anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo secundo, considerans
Joannes Boemie Rex et Comes de Luczeburg Princeps Polonie
et Slesie et eos precipue, qui Regno Bohemie per vicinitatem
erant proximi et confrontati, vios simplices et parum mo-
ribus cystere; jam enim et ex conversatione et aliorum rela-
tione qualia fortiti essent ingenia, quibusq; uterentur moribus
habebat exploratum, eorum Principatus, Castra, Civitates, Castra
et Dominia Juris sui et proprietatis facere, inde et aliquos

ex

ex illis ad majorem conversationem et familiaritatem suam
plurimis largitionibus simulq; et affabilitate adscisit et perlicit
et plurimis artibus callidtatem vafram redolentibus tanquam vi-
cinos et notos sibi conciliat et devincit. Ea est enim callidorum
natura, ut in parvis exiguisq; fidem affirmant, quo facilius in
ardvis et maximis fallant. Primum itaq; Boleslaum Ducem
Zambiczensem alias Monsterbergensem Ducis Bernardi Swidnicensis
germanum suorum ingeniorum Jano complendit, et tum pecu-
niis et largitionibus, tum liberalibus et amplissimis promissionibus
incitatum ad ea, quæ moliebatur, inclinat, Castrum quoq; et oppidum
Choczko, quod in Polonia regno situm, utriusq; Regni Polonie
videlicet et Bohemie claudebat confinia, ab eo sibi resignari
et pro levi tenuiq; pecunia vendi facilitet velut ab homine
parum prudentia et sensu habente disponit, cujus possessionem
et proprietatem fortitus homines illis prede et rapinis assuetos
in quantitate notabili notat mandatq; ut Duces Polonie

et

et Slesiæ sibi contiguos spoliis, rapinis aliisq; incommodis
lacessere non intermittant; filium deinde Carolum Marchionem
Moraviæ mittit, qui obsidione Franckstein cingit et ad fendum
Boleslaum Falckenbergensem cogat, sed inde repulsus etiam secum
apud filium suum Nicolaum Franckstein coeunt Mumitiorem;
inter ipsos quoq; Poloniæ et Slesiæ Principes discordiarum germen
jacit et in cædes guerrasq; mutuas illos coarmat, ut civilibus
domesticisq; collisionibus attriti sua suffragia et arma expetere
cogerentur, aut ipse pro dirimendis litibus arbiter electus
discernendi qua vellet imperium nanciscereturs facillime in Pri-
cipum discordia cupiditatem suam expleturus; Wratislaviensis
insuper Civitatis ambiens dominium vario æstu mentis,
quo id assequeretur nocte et interdiu flagrabat, omnesq; suas
curas precipuas ad id unum efficiendum intenderat, inde
Boleslaum alterum Legnitzensem et Bregensem Ducem filium
quondam

quondam Henrici Wratisl. et Legnicensis Ducis in fratrem
germanum Henricum, cui Wratislaviensis Ducatus forte obvenerat,
pecuniarum et clenodiorum rerumq; concupiscibilium profusa donatione
subornat, qui cum ab eodem fratre Boleslao guerra et injuriarum
sororumq; multiplici genere, ut in superioribus premisimus, premeretur,
cum esset vir pacificus et bellis invetus, sed nec posset Ducatus
sui propter paupertem facere contra fratrem germanum Regis Bole-
mia sumptibus bellum sibi inferenti, liberationem et repulsam ad
Wladislaum Poloniæ Regem scions illum virum bonum et justum
propinquo affinitatis gradu sibi conjunctum, se totum convertit,
mallens illum à Polonis quam Bohemis possessorem vri; Wladi-
slaus autem Poloniæ Rex, etsi possessione Ducatus et Civitatis
Wratisl. apprehensa aliquanto tempore illum gubernasset et Ducis
Boleslai Lignicensis compescuisset regressus conatus, et post tamen
Henrici ejusdem Ducis paupertati compassus Ducatum et Civi-
tatem Wratislaviensem sibi restituit, ut et sua fratrisq; Germani
Wladislai,

qui in Diaconum jam promotus erat, mobilibusq; jam quatuor Sororibus de dotibus et necessitatibus provideat et debitae fidei ac benevolentiae vicissitudinem reperdat; Johannes itaq; Bohemiae Rex Ducem Henricum Wratislaviensem Ducatum recuperasse audiens plurimum gaudii et voluptatis ex hoc cepit, qui de Wladislai Regis Poloniae in Wratislaviensem Ducatum successione spiritum amarum et animum gestaverat. Non igitur bellis et impressionibus erga illum, sed callidis ingeniis et blanditiis interdum satius putat, propter quod illum ad se accersitum multiplici honore et largitione pertractat, et tam liberalitate sua, quam astutia ad resignandum sibi Civitatem et Ducatum Wratislaviensem induxit. Praefatus enim Henricus Dux Wratislaviensis in Boleslaum Legnicensem et Bregensem Duces grandi odio aestuans, ejus quoq; impressiones et gravamina evitaturus facile in resignationem et in alienationem Civitatis et Ducatus Wratislaviensis militaribus et Civibus etiam Wratisl. suis consiliis eum ad id impellentibus consensit.

Recepto

Recepto itaq; a Joanne Bohemiae Rege Opiri Klozskio solum ad vita tempora usu totam Civitatem et Ducatum Wratislaviensem sibi perpetuo resignat et de illo excedit perpetua donatione, licet cum graui Regni Poloniae, de cujus corpore Ducatus et Civitas Wratisl. semper fuerant, jactura et injuria, Ducatum praedictum Joanni Regi Bohemiae inscribendo; venditio autem predicta non solum in Regni Poloniae, sed etiam in duorum Fratrum suorum germanorum videlicet Boleslai Legnicensis et Bregensis, qui illum a Rege Bohemiae pecunia corruptus bello in suam perniciem vexaverat, et Wladislai Diaconi, et trium Filiarum praefati Offese, Gritke et Elisabeth eodem diferimine, nec divino nec humano jure, sed sola iniquitate, violentia et impressione constat esse confecta; quippe Henricus ipse Dux Wratislaviensis nullam posteritatem sui sanguinis virilis relinquens, nulla justa arte aut ingenio resignationis aut donationis hujusmodi perpetua poterat celebrare contractum, qui cum esset tam scelestus et iniquus, poterat nisi potentia Regis Bohemiae et favor militarium

et Civium Wratisl. qui in sortem Regis Bohemiæ sollicitabantur translatos, obtinisset quolibet jure per fratres Boleslaum et Wladislaum Duces, quibus ejusdem Civitatis et Ducatus obeunte Henrico Duce debebatur successio reconditi; ab eo itaq; tempore Dum cum Wratislaviensium cessavit successio et Civitas Wratislaviensis obedientiam Regis Bohemiæ professa à Polonia Regni corpore se velut Apostatrix curavit subtrahere et alterius ditionis apparere, sed census, denariusq; S. Petri, qui ex illa et universa Wratisl. Diœcesi præstatus suo Pontifici et Ecclesiæ Cathedralis Wratisl. per Boleslaum primum Polonorum Regem et Patrem suum Ducem Mieszkonem fundata Gnesnensi Archiepiscopo jure Metropolitico subjectio, multaq; alia insigna et decora, quorum obliteratio sæpius tentata nunquam provenit, sed magis proluxit, clamant et demonstrant Wratislaviam Polonorum Regni Provinciam fuisse, propitia Divinitate ad corpus et unitatem Regni

Wratislavia quomodo à Polonis ad Bohemos devenerit.

Polonia

Polonia abrogato injusto superbo; imperio quandoq; reditum, postquam Dominus Polonia plebi propitiatus fuerit, et Poloni sordes scelerum suorum, ob qua hujusmodi mutilatio Regni eorum secuta est digno contritionibus abstersermt..

Wratislaviensis Ducatus et Civitatis donationem et alienationem violentam et temerariam ex causa scelesta et contra jus fasq; confecta, Boleslaus Bregensis et Legnicensis Dux, in cujus principaliter præjudicium redundabat, rescindere adortus, Bohemiæ Regem Joannem monet precaturq; per affinitatis jura; Duas enim sorores germanas uxores habuerant, ne patrimonium suum et sortem hereditariam ad se et natos suos morte Henrici Regis Ducis Wratislaviensis secuta, devolvendam, Ducatum violabit et Civitatem Wratislaviensem occupare injuste contendat, memor juriusjurandi, quod sibi super divinissimo Eucharistiæ Sacramento præstiterat nunquam se ad terras et dominia eum quomodolibet contingentia aspiraturum, et contra quamlibet personam

Ecclesiasticam et mundanam se sibi auxiliatorum; repeteret ipsa, per superiora tempora, sub quibus in difficili et periculoso temporum articulo contra nonnullorum Bohemorum sollicitatem vitae et status suo insidiantium arma cum notabili suorum subsidium caterva proprio are, propriogz periculo nullam consecutus vicissitudinem aut praemium pro eo et in sui defensam talent, quod illum prope et Bohemia ignoramus nisi posset per se et gentes suas restituerit et pro tot officiis debiteret saltem in ejus grande damnum et praejudicium grassari; Bohemiae vero Rex Joannes omnibus fere, quae Boleslaus Bregensis commemorabat silentio absolutis id unum respondendum duxit: Fateor, inquit, me tibi contra quantibet personam auxilia devovisse, sed non contra me ipsum, quem in promissione ipsa circumscribebam. Dum itagz irritatis magis, quam quietatis animis alter in alterius odium inflacior invicem discederent, Bohemiae Rex Joannes Civibus Wratisl. Ditionem suam et obedientiam professis mandavit, quatenus sibi Harnovium et aureum Mortem, quae illis Boleslaus Bregensis

Dux

Dux pignori obligaverat, praesentarent, comminatus se ea per potentiam, nisi dicto parerent, receptum; redit interea et Mazovia Wladislaus subdiaconus, Legnicensis Dux germanus Boleslai Bregensis, ubi veteri virgine filia Boleslai Mazoviae Ducis in matrimonium propter dotis quantitatem ducta, certo tempore, donec dotali pecunia consumpta etiam consortem perosus inde remearet, immoratus fuerat. Is Regem quogz Bohemiae accedens Legnicensem ei Ducatum, quem Boleslao Bregensi in triginta duobus Marcarum milibus obligaverat, venalem exhibuit, astruens Ducatum praefatum Legnicensem sortis suae fore, de quo et Civium Legnicensium literas patentes produxit; Rex autem Bohemiae Joannes solita vafritie usus Literas quidem Legnicensium ad se recipiens deliberaturum se Wladislao Duci respondit; Boleslao vero Bregensi Duce in Cameram paucis arbitris adhibitis accersito, Litteram Lignicensium Civium monstravit monens, ut et ipse exemplum fratris Henrici Wratislaviensis Ducis sequens in suam et Regni Bohemiae ditionem

concederet,

concederet, ablaturum se illi Legnicensem Ducatum minitans, si calcitraret; Teritus Boleslaus Bregensis hujusmodi denunciatione et propter facultatum suarum minutionem et prodigo sumptu et largitione secutam, parum animi ad resistendum habens potiendum quoq; altius et alienationem Legnicensis Ducatus veritus Joanni Bohemiæ Regi se subjicit et aliena illicite appetens privatur propriis, et tam sibi, quam filiis fratribus et posteris connectit jugum et catenam miseranda servitutis.

Boleslaus aliena appetens propriis privatur.

(De Polonorum invidia et livore erga Regem suum Wladislaum Kolets adeo ut conditionis et nobilitatis oblati jugum et feudum Regis Bohemiæ sulte ambiant.)

A. C. 1327. Anno Domini Millesimo Tricentesimo vigesimo septimo Principes Poloniæ Geziam jure successionis paternæ obtinentes Bohemorum Regno vicini et signanter Oppoliensis, Teschenensis, Glogoviensis, Legnicensis, Zaganensis, Oleschnicensis, Strigviensis, Falckenbergensis, Bregensis in acerbam invidiam molestamq;

molestamq; amaritudinem provocati, quod Wladislaus Lokietki sibi imposuerit Regni Poloniæ ipsis inconsultis et invitis Diadema, et quod se Regem Poloniæ vocitet et gerat, cum Poloniæ dominia potiora sub eorum Ducatibus consisterent, minorq; et inferior portio, in qua Wladislaus Poloniæ Rex imperitabat ea in quibus ipsi principabantur, videretur; inde illum non Poloniæ Regem, ne appellatio ipsa in ignominiam vulgata amplitudinem eorum pristinam diminueret tituliq; eorum detraheret et aboleret fulgorem; sed Cracovienses Regem et ipsi vocitabant et à suis subditis non dabant vocitari, veriti tamen ne Wladislaus Rex Poloniæ aut aliquis ejus in Regno Poloniæ Successor nacta virtutis adeptus potentiam, illos aut eorum filios vel nepotes sibi et Regno Poloniæ faceret feudales et subjectos pluribus congregantibus mutuo habitis et quid illis pro evitando jugo per patrem condam principem, sed etiam nunc vix dimidiam

et

et humiliorem partem Regni Poloniæ obtinentem imponendo
facere expediat crebris tractatibus decoquunt, invidia autem
qua Polonorum genus erga, quam cæterarum Nationum vi-
gere in Principio operis præfatis hum operante, ad id Ducum
præfatorum et eorum consiliariorum pervenit conspiratio maligna
et consensus, ut ad Joannem Bohemiæ Regem tunc suapte
Wladislao Poloniæ Regi hostem infestum deficerent, et in illius
jugum et feudum nulla amplius re, qui livore impellente et
nonnullis causis, quas expressimus se transferrent; abrogata
itaq; Nobilitatis suæ libertate, qua in eam diem usq; perfuncti
erant, tam stirpi suæ vetustæ, qua ex Regum Poloniæ illu-
strissima Domo originem acceperant, quam Posteritati suæ in-
tuit dedecus pectore invidia depravato inusturi, ad præci-
dum Joannem Bohemiæ Regem liberalitate et largitionibus
etiam eos ad ea, quæ omnino destinaverant invitantem

Polonorum genus invidum.

Pragam

Pragam accedunt, et stirpis, conditionis atq; nobilitatis suæ
oblitti in jugum feudumq; Bohemorum se supponunt et præfato Regi
Bohemiæ præstant cum suis Baronibus et Nobilibus omagium et
fidelitatis atq; obedientiæ debitæ juramentum; neq; tanti mali patra-
tione contenti in alius facinus prorumpunt. Candidam enim Aquilam, Insignia Poloniæ mutantur.
quæ est Regni Poloniæ universale insigne, et quam ipsi quoq; pro armis
et Dualibus ornamentis gestare consueverant, mutant; et si quidem
albam in nigram, alii in glaucam Aquilas cum camporum varie-
tate et permixtione transmutant, ne quid commune cum Poloniæ Regno
habere viderentur, procurante autem humani generis hoste et super-
seminante in optima quondam terra lolium, Principes et Nobiles
Silesiæ adeo Polonos contemptos et exosos habere desunt cœperunt, ut
de eorum felicitate, amplitudine et gloria moleantur et doleant,
in eorum vero casibus et infortuniis magnopere ebrientur et
gaudent, nec ulla gens in vicinatu Regni Poloniæ consistens
fertur esse Polonis, quantum gens Silesitica magis aut invida

aut

aut infesta, qua in re etiam suam demonstrat apostasim cor-
rodendo uterum suum, à quo excidit, licet ab ea pietatis caritatisq;
materna ubera, quibus quoslibet Silesiæ Principes et Slumpros ad
se in suis necessitatibus et pressuris confugientes justa ac propios
solatur et reficit, nunquam fuerint aversa, spernans aliquando in tam
præcipitem errorem lapsos filios ex Legione dissimilitudinis ad se
summq; genium recognito excussoq; errore, quanquam propitiatione
inspiratos superna incursuros; Factionem autem privatam Illu-
stris Princeps Boleslaus Swidicensis Dux filius Bernhardi
Ducis electatus et reliquos Silesiæ Principes, ne ea continua-
rentur prudentissima persuasione admonuit, ut ipse ne in eam
prolaberetur, quantumcunq; altis Legis Posenna oblationibus po-
tuit pervinci Polonia se Ducem clamitans et à Polonia
Regni unitate et corpore nunquam discessurum Fratribus,
Consanguineis et Nepotibus suis in vita et morte,

ne

re in discessionem segregationemq; hujusmodi trahi se per-
mitterent, interminans.

1.4

BIBL. UNIV. WRATISL.

6

9

VIII/6

9

2636



VIII/6
2636


9



121

[illegible] Gloria consecrantem se vendit
[illegible] voluntatem suam Henrici
[illegible] ut eum quem [illegible]
[illegible] aliqui vero capitaneo qui
[illegible] de tota civitate Bohemie
[illegible] Gloria a Deo Bohemie
[illegible] cum venisset prope Glogoviam
[illegible] eiecitur et [illegible]
[illegible] et steterit prope villam [illegible]
[illegible] ad se vocavit cives Glogovienses, qui
[illegible] coram eo, cum
[illegible] verbis sibi civitatem protinus traderent
[illegible] honori suo et militarium generis quibus eos
[illegible] vos quoque feci ad me venire solummodo pro [illegible]
[illegible] ego reducam vos ad omnium multitudinem quorum
[illegible] volentes quod postquam ad domum reversi fueritis
[illegible] stare